


ANGELI DURINI
PATRITII MEDIOLANENSIS
EX COMITIBUS MODOETIÆ
ARCHI-EPISCOPI ANCYRANI
IN REGNO POLONIÆ ET MAGN: DUC: LITHVANIÆ
CUM FACULTATE LEGATI A LATERE
NUNTII APOSTOLICI

CARMINA





VARSAVIÆ
Anno Salutis MDCCLXVIII.

Quidquid eſt temporis futilis, & caduci, ſi non datur factis (nam horum materia in alienâ manu) nos certe ſtudiis proferamus : & quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.

6. Plin. Epiſt. VII. Lib. III.



AD LIBRUM

JAm dudum liber hinc abire geſtis,
Geſtis de manibus volare noſtris ;
Sed mi, quæſo, liber vide, caveto
Prudens quid facias prius, volucres
Quam tollas procul hinc & inde pennas.
Nondum es pumice Mentoris politus,
At geſtis tamen, & cupis volare.
Sed poſtquam ſedet hinc abire cordi
Audenti Tibi & ire pileato,
Ut tutus venias ſub ora vulgi,

Audi

Audi quæ tuus imperat DURINUS.
Non deerit Baviusque Mæviusque,
Qui dente hæc recinet Timoniano
Mordax, Improbus, Osor, Obloquutor;
Istos effuge pessimos, bonarum
Inanes vacuosque litterarum.
Quin & Grammaticæ manus, & ipsi
Absint Grammatici undique, usque, ubiq;
Contumacius his nihil videres,
Nil clamosius, impudentiusque.
Vola ad Virgilios, vola ad Catullos,
Vola ad Patricias manus Tibulli,
Vola ad Palladios lares KONARSKI,
Atque istos cole candidos Poetas,
Doctos, ingenuos, & elegantes,
Et frugis bonæ, & eruditionis.
Fuge at Grammaticas fuge at catervas,
Insulsos homines, & infacetos.



ANGELI DURINI
ARCHIEPISCOPI ANCYRANI
IN REGNO POLONIÆ NUNTII APOSTOLICI


LACRYMAE
IN OBITUM

MARIAE
GALLIARUM REGINAE
E T
DELPHINI

AD FRANCISCUM CARDINALEM
DE ROCHECHOUART
EPISCOPUM, ac DUCEM
LAUDUNENSEM.

ANNO MDCCLXVIII.





VARSAVIÆ
Typis S.R.M. & Reipublicæ in Collegio *Scholarum Piarum.*



EMINENTISSIMO
D. FRANCISCO DE ROCHECHOUART S. SENATUS ROMANI PRINCIPI, DUCI, atque EPISCOPO LAUDUNENSI
ANGELUS MARIA DURINI ARCHIEPISC: ANCYRANUS NUNTIUS APOSTOLICUS.

NE putes, Cardinalis Ampliſſime, aliud mihi nunc eſſe conſilium ſcribenti, ac fuerat antehac tacenti. Non enim ſopor me aliquis, aut oblivio tenuit, quae potuerit reddere animum meum immemorem tot beneficiorum, quibus me ornaſti: ſed vetabat pudor TE alloqui, niſi amictus aliquâ, ſi minus virtute, ſaltem imagine virtutis me Tibi ſiſtere potuiſſem; neque ceſſaſſem tam diu ab hoc Officio, ſi auſus eſſem vacuus ad Te accedere: ſed ego ſemper cogitavi quàm pe-

riculosum mihi esset Tibi de me nimis honorifice sentienti aliquid offerre,quod sustinere posset expectationem Tuam. Verum non patiar agresti silentio irrepere alicui posse hanc de me opinionem, Beneficiorum Tuorum oblivioni pudorem, aut verecundum timorem prætendi. Malo videri impar Tuæ de me expectationi, quam indignus praeclarâ istâ in me voluntate, ex quâ tot in me beneficia defluxerunt. Nunc vero maxime hoc faciendum puto, cum videor habere aliquid, quod de me dicam, quodque Tibi offeram. In publico luctu, qui vehementer omnium Bonorum mentes afflixit, ob ereptam humanis rebus, & adscriptam cœlestibus Sanctissimam Reginam Nostram, nefas esse duxi CARDINALIS AMPLISSIME, obmutescere, nec ullum supremi honoris obsequium impartiri Demortuae, cujus ammissio publica non tantum Galliae calamitas, verum omnium, qui fidem Catholicam, & Pietatem colunt, immanis jactura censeri debet. Triduo itaque parentavi Reginae Exequiali pompâ, substructo in Templo nobilium Virginum SSmi Sacramenti Pegmate Funebri, cujus Iconem in fronte hujus Libelli repræsento; Parentavi & vario carminum genere; non ut aucu-

parer

parer Popularem auram, nec doctrinæ vel eloquentiae laudem captarem, ſed (ita mihi faveat é cœlo Auguſtiſſima Maria Noſtra) nativum, minimeque fucatum affectum, obſequiumque bonâ fide verſibus intexui, ut appareret me ob tantam jacturam non mediocriter eſſe perturbatum, atque perculſum. Nàm & Reginam vivam omni cultu veneratus ſum, & ſuperbâ ſpe lactabar Jllius pedibus denuó advolvi, ſi nobile iſtud caeli Donum Fata Terris non invidiſſent. Scio non egere meis encomiis tanta aevi Decora ; ſed nec faſtidiunt gratae poſteritatis benevolas voces. Laudum Ejus faſtigia ſolum perſtrinxi: Jllius enim virtutes nec Hiſtoricorum annales, nec Oratorum ambitioſa oratio, nec Poetarum grandiloquae voces adaequare valent. Omnia minora ſunt quae cogitamus, loquimur, ſcribimus. Hiſce meis in Reginae obitum Lacrymis viſum eſt & admiſcere illas, quas Melitae cum eſſem, fudi in acerbum Funus Magni illius Delphini, cujus virtutibus cum minor eſſet Orbis, ſpatioſius cœlum recepit Grande Jllud Depoſitum. EMINENTIÆ TUÆ ſi quidquid hujus eſt meditamenti arriſerit, ſummam votorum ero conſequutus; Cujus rei vel inde bonam ſpem concipio, quod cuivis candi-

do

do hominum aeſtimatori liquebit eſſe profectum ab animo curis, maeroribus obnubilato ; Quo circa non ſi carminũ genius gloriam merebitur, profeſſio ipſa pietatis, atque obſequii erga Auguſtos Defunctos, & indicia dolentis animi vel gratiam, vel veniam ſaltem apud EMINENTIAM TUAM authori conciliabunt. Quamobrem audeo haec mea Funebria Tibi dicare, non quod valeant ſuſtinere lucem judicîi Tui, ſed ut intelligas, Princeps revera EMINENTISSIME, me benignitati TUÆ adeo fidere, ut etiam quae mediocria ſunt, (ut mea omnia) poſſint à Te eâ humanitate excipi, quâ pulcherrima ſoles aliorum. Hoc praeterea hiſce meis Carminibus accedit, ut ſi Tibi forte placuerint, non poſſint timere ſibi, quod ab aliis improbentur. Praejudicium illis Tuum apud omnes judicii inſtar erit. Vale CARDINALIS AMPLISSIME. DEUS quàm diutiſſimè Te gloria, & felicitate florentem coetibus humanis atque Eccleſiæ ſuæ intereſſe patiatur. *Dabam Varſaviæ ex Ædibus meis VIII. Idus Auguſti Anno MDCCLXVIII.*



A SUA ECCELENZA
MONSIG: ANGELO
MARIA DURINI
ARCIVESCOVO d' ANCIRA
NUNZIO APOSTOLICO DI POLONIA.

CIn fronte a questa mia Traduzione presento a Vostra Eccellenza un verso di Lucrezio, scusandomi, se non ho potuto arrivare alla vivezza, ed energia sua

Propter egestatem Linguæ, & rerũ novitatem.

Perche invero la Lingua Italiana così può ora chiamarsi infante a paragone della Latina, co-

come la Latina nei tempi di Lucrezio era infante rispetto alla Greca. E quanto alla novità, cose nuove certo non sono le morti dei Principi, ma la maniera, e l' espressiva, con che Ella ha maneggiato questo argomento, è affatto nuova, ammirabile. Non io tesserò quì le sue lodi; chi legge, vedrà da se stesso abastanza, quanto sia sublime il suo spirito; e qualche lode ne verrà forse anche a me dal solo aver tentato di esprimere ciò ch' Ella ha espresso. In ogni modo gradirà V.E. quest' atto del mio profondissimo ossequio, e più che l' opera, avrà in buon conto l' animo mio, con cui pieno di venerazione me le rassegno

Di Vostra Eccellenza Varsavia 6. Agosto 1768.

Umilissimo Devotissimo ed Obbligatissimo servitore
Alessandro de Sanctis.



IN OBITUM MARIÆ GALLIARUM REGINÆ



TRADUZIONE
DELL' ABATE ALESSANDRO
DE SANCTIS.

O Sol, che ovunque inclini il Carro ardente,
L'aura vital diffondi; o tu, che i danni
Ripari al giro dell' età fuggente,
E distingui alle cose il volto, e gli anni;
Non vedi ancor, quali il Cielo inclemente
Al Sangue dei Borbon fabbrica affanni?
Non avran fin le morti, e lo squallore,
Non avran fine i pianti, ed il dolore?
Non far lieta saprai la sorte rea, 8
Nè puro di lor morti il tuo cammino?
In che le meritar? bastar potea
Delle Parche all' invidia il sol Delfino;

Se



JN OBITUM
MARIÆ GALLIARUM REGINÆ
LACRYMÆ.

SOL, qui flammifero vitalia pabula curru
Quo flectis te cumque vehis, qui lapsibus annos
Labentes revocas, distinguis tempora rerum
Distinguens faciem; quando inclementia Cœli
Borboniæ parcet Domui? nec sæviet ultra
Continuare obitus, & desolare Penates?
Nulla ne finis erit lacrymarum, nulla dolorum?
Nec tristis fortuna domus mutabitur unquam? 8.
Siccine metiris nunquam tua sidera, Phoebe,
Borbonidum sine morte aliquâ? num sors ea Francæ
Debetur stirpi? poterat satis esse litatum
Parcarum invidiæ (Parcas mortalia tangunt

 Si

Se insaziabil son, bastar dovea
L'acerbo di Giuseppa altro destino.
Ecco però col Figlio, e colla Nuora
MARIA di LUDOVICO è aggiunta ancora.
Quel di Reine esempio, immago vera 17.
D'ogni virtù, di cui più mansueta,
Nè di Tron più sublime altra mai era,
MARIA scossa ecco giace anzi sua meta:
Non giovan voti, e offerte, e non l'intera
Forza d'età, nè quanto il Coo decreta;
E'vano ogni tentar; và il pianto a fiumi,
Batton l'etra i sospir; son sordi i Numi.
Sorda la Parca il bel fil d'oro tronca, 25.
Nè v'è alcun'arte, che al destin contrasti.
Ah! cruda Morte, coll'impura ronca
Sì sante membra tu attentare osasti?
Tu il Franco amor dare alla trista conca?
Nè al gran Nome, e al gran Soglio perdonasti?
Nè ti mosse il candore, e l'innocenza,
Nè la modestia in tanta preminenza?
Non gli angelici modi?... Oh numi santi! 33.
Tutto dunque rapir l'empie tue Suore?
Vè di gale spogliata in bruni ammanti,
Vè la Real Città come alto plore:
Taccion gli atrj, le curie, i suoni, e i canti;
Sol feria amara, e voci di dolore;
Già van doppieri, & arche funerali,
Arde già il Ciel di fiaccole ferali.

Pom-

Si damna) interitu Delphini, ac morte Josephæ,
Exequiis nimis ah! properis quos flevimus; ecce
Jungitur ecce tamen Nato, Nuruique MARIA,
Illa LUDOVICI Conjux dignissima Regis,
Exemplar Reginarum, probitatis imago, 17.
Quâ nullus quidquam vidit mansuetius unquam,
Et magis excelsum tantâ famulante Coronâ.
Ecce MARIA jacet crudelibus obruta fatis
Ante diem; non vota juvant, non dona, vel ætas
Integra adhuc olli, multive Machaonis artes,
Omnia tentantur frustra; petit æthera clamor,
Et lacrymæ, gemitusque, Deûm stant Numina surda,
Immotæque colo detruncant stamina Parcæ, 25.
Stat lex fatorum nullâ evitabilis arte.
Ausa es, perfida Mors, tam sanctum attingere corpus,
Et tantum violare decus, submittere busto
Delicias Francûm, durâ & secuisse bipenni?
Non te sceptra movent, non sancta modestia vultus,
Puraque vis animi, vis nullæ obnoxia labi,
Et pudor, & solio frons numquam elata superbo?
Non te siderei mores? Proh! sancta Deorum 33.
Numina, id omne tuæ rapuerunt ergo Sorores?
Cernis, Regalem dolor altus ut occupet Urbem,
Non cantus, citharæque sonant, stant atria muta,
Stant fora, justitium indictum, decor exultat omnis,
Undique pro ludis, risu, festisque theatris
Feralis requies, & vox auditur amara,
Gestantur diri capuli, comburitur æther,

Et

Pompa siegue, e precorre in lungo treno;
Al pianto essequial squallida accede
Di popol folla, e rompe ogni suo freno
Di piangere il desio, che i cor possiede:
Rimembrado tue lodi, e il petto pieno
Di virtudi, o Reina, immensa sede;
Una cagion di pianto, una favella,
Ohime, grida, sparì la nostra stella.

Ohime! la rara Fè, la gran Pietate,
Delle virtù il tesoro, il core, il volto
Sì ben composto in quella maestate
Ohime! dov'è? Non il suo cor distolto
Dall' Auliche mai fù lusinghe usate;
Che il viver suo fosse di colpa sciolto
Fù sol sua brama, e la sua brama ottenne,
Onde vil tutto il Mondo a lei divenne.

Bramò sol Dio, bramò tendere al Cielo,
Di miglior vita ir per gli eterni onori,
Insister l'orme dell'antiquo zelo;
Ah! ben sapea, delle virtù migliori
La prima esser Pietà, che il santo velo
Di Pudor messo accende i puri amori,
Che d'alto infusa le mortali schiume
Ripurga sì, che fà dell' uomo un Nume.

O gloria delle Madri! o luce delle
Borboni Auguste! o d'età nostra onore!
Quanta piovvero in Te grazia le stelle,
Onde illustrasti i Proavi al tuo fulgore!
Madre felice in Prole, a cui le belle

Vie

Et sequitur longo simul & præit ordine pompa;
Inferias tantas peragens, præclaraque justa
Quisque madet lacrymis, & pullo squallet amictu;
Complentur clamore viæ, dolor omnibus idem,
Omnibus est eadem facies, flendique voluptas.
Virtutes, REGINA, tuas, fœcundaque laudum
Pectora commemorant, populos it sermo per omnes
Unus, abisse Oris sidus mirabile Francis.

Heu! ubi sancta Fides, Pietas ubi rara, ubi ingens
Temperies vultûs, castigatusque sub illâ
Majestate animus, virtutum ubi dives acervus?
Non Illi Aulai illicium, non blanda voluptas
Innocuum sontes animum deflexit ad artes;
Qua datur, immunem culpæ transmittere vitam
Voti summa fuit; votum par vita sequuta est:
Ludicra spernenti fluxæ commercia terræ

Unus amor Deus, & cœlum pietate mereri,
Jre per æternos vitæ melioris honores,
Priscorumque sequi vestigia celsa Piorum;
Ipsa etenim norat quod non præstantior ulla,
Aut prior est virtus Pietate, utque una superne
Jllabens animis totum mortale repurget,
Et faciat genus esse Deûm, sanctoque pudore
Perfundens veri inspiret Genitoris amorem.

O Matrum decus, o lux Borbonidum Augustarum!
Quantis Te Superum & summi indulgentia Cœli
Ornarat donis! O sæcli gloria, laudum
Quæ Proavos illustrasti fulgore Tuarum!
Fœlix Prole Parens, cui sedula demonstrabas


Se-

Vie di Pietà mostravi a tutte l' ore,
E in lei facevi con parlare istrutto
I semi pullular d'eterno frutto.
Oh quante volte in abito vulgare, 73.
Con picciol tren, videro i Figli orante
Dall' alba prima starti al sacro Altare,
Recar voti, e gustar le Mense Sante!
Nè quello Ti ammollì, che può espugnare
Ogni alma più viril, Lusso Galante,
Ch'ahi troppo or strazia il bene in usi lievi;
Tu al centuplo celeste il riponevi.
Tu in opra sovvenir miseri afflitti, 82.
Tu in voce consolar animi egroti:
O Madre! ahi non più madre! e qual rapitti
Cagione indegna ai più tardi nipoti?
Che ben dovevi in fior senile i scritti
Fati allungare ai giorni più remoti;
Ecco a noi ti levar! felice ai Dei
Troppo Francia sembrò, se più vivei.
Tu però sè beata, e in nuovo ostello 90.
Non tocco dai flussibili elementi
Bevi de' gaudj l'eterno ruscello,
Il qual non sia che colpa, o morte attenti:
Noi degli affanni al crudele martello
Restiam frà teme, e frà dannati stenti,
Onde egri ci tempesta il fato atroce;
Sì gridan Plebe, e Padri in una voce.
Ma LUIGI esso pur, l'alma più forte, 97.

Ma

Securum callem, pulchris quæ noxia plantis
Vitaret, sic dum vigilans sermone potitur,
Colloquioque Tuo, sanctæ pia femina vitæ
Imbiberet; quoties Nati Te, paupere cultu, 73.
Servorum numero exiguo, videre precantem
Lucis ab exortu vigiles consistere ad Aras,
Solemnemque iterare Dapem, & Libamina ferre;
Nec Te ullæ species, non contudit ipse viriles
Expugnans animos luxus, qui more receptus
Nunc pravo, in vetitos eheu! male prodigit usus
Divitias, quas cœlesti, MARIA, locabas
Fœnore, & æterno transcripsti semper Olympo,
Afflictis inopum gaudens succurrere rebus, 82.
Sedula quos omni studio, affatuque levabas:
O Mater, jam non mater! quis casus ademit
Te nobis, seros o digna videre nepotes,
Et Pylios aequare dies, & flore senili
Fato praescriptas aevi transcendere metas.
Ah nobis raperis! Superis est Gallia visa
Fortunata nimis, traheres si longius aevum.
Tu foelix tamen es, non intellecta secundae 90.
Quae procul a terris carpis jam gaudia vitae
Nec sceleri, duræ pariter nec pervia morti.
Nos animi varios inter, quibus angimur, aestus,
Ærumnasque, metusque, catenatosque labores
Volvimur, & fatis miseri jactamur iniquis.
Publica vox haec una sonat Populique, Patrumque.
Ipse autem Lodoix, quo non constantius ullum 97.

Pectus



Che già soffrì di tanti Figli il danno,
L'alma più immota ai volti della sorte,
Come or geme! come or trade all'affanno,
Questa Gloria dei Re, del cor le porte!
Che dirò i pianti, e gli ululi che danno
Di Francia i vezzi, e di lor Madre belle
Cure, Borbonie Figlie, all'alte stelle?
Frà l'altre ADELAI il fior dell' Eroine, 105.
Chi, grìda, mi ritien? me ancor togliete;
Desolata a che resto? e in calde brine
Stemprata i fulgid'occhi, O voi (ripete
Ferendo il viso, e lacerando il crine)
Se pietà v'è, me a lei non divellete,
Seco alla tomba andrò. Così ella esclama;
Così, MARIA, Te singhiozzando chiama.
Oh Regina! ove fuggi? e perche passi 114.
Dal Tuo suddito Mondo, e sconsolate
Lasci le Figlie, e il Gran Marito lassi!
Non odi i pianti delle Gallie amate?
Non ve' ogni dove qual cordoglio fassi,
Come in Polonia il lutto si dilate,
E la Vistola ancor dentro s'avvolga
Nel glauco manto, e in lagrime si sciolga
Dall'antro cristallin l'alto dolore 122.
Volvendo con turbata onda ululante?...
Ma che più ploro? Alato Difensore,
Che i Borbon guarda col scudo fiammante,

MA-

Pectus erat, rebus seu laetis, sive sinistris,
Ut qui Natorum vidit tot fata suorum,
Nunc tamen ut Mundi decus hoc & gloria Regum
Jngemit, & moeret! tanto ut dat terga dolori!
Quid memorem gemitus, & fœmineos ululatus,
Quos & deliciae Gallorum, & Matris amores
Borbonidum Augustae jactant ad sidera Natae?
Quas inter lacrymis oculos suffusa nitentes 105.
ADELAIS priscis formosior Heroinis
Vociferans, cur ire vetor! cur orba relinquor!
Ferte simul miseram; crinemque avellit, & ora
Sauciat exclamans, ne, vos, arcete sepulchro,
Si qua tenet pietas, si quos mea funera tangunt,
Ferte simul; saxo felix tumulabor eodem:
Talibus insistens clamoribus ADELAIDA
Te, MARIA, vocat singultibus interruptis.
Quo, Regina, fugis? famulum cur deseris Orbem? 114.
Sic Natas, magni sic tristia corda Mariti
Deseris æternum, dulcemque hanc effugis auram?
Aspice luctisono miscentur ut omnia planctu,
Gallica ut Ora suam desideret orba Parentem!
Nec minor Imperium dolor occupat ecce Polonum,
Te moriente, viden toto turbetur ut amne
Vistula inexpletum lacrymans, ut & abdat amictu
Cœruleo caput, & vitreo condatur in antro 122.
Rauca sonans, lamenta ciens ululantibus undis.
Quid queror! Alipotens Juvenis, cui cura tueri
Borbonidum capita, & rutilo defendere scuto

 Jllu-

MARIA levò, MARIA fatta maggiore
Sopra i conveſſi del Cielo ſtellante;
E locolla, ove gli omeri ſublima
La Gran DEA BIANCA alla fulgente cima.
Vien toſto il grande ſtuol del ſeme avito; 129.
Vien STANISLAO, cui BRUTO amato avria,
Cui CATONE, e FABRIZIO avrìa ſervito;
E vien Delfin, che fù la leggiadria,
L'amor, la ſpeme, il deſio infinito
Di Francia, di LUIGI, e di MARIA;
L'abbraccia, e in alto Trono ei la conduce,
Sotto ſon gli Aſtri, e i regni della luce.
O ſol di Francia, al Ciel ſole novello 139.
Fatta, quì or ſcendi al Tuo primo Oriente,
Riviſita la terra or Tuo ſcabello.
Queſta Funebre Mole, e queſta ardente
Gran Pompa Eſſequial mira con quello
Quale degnavi già ſguardo clemente,
Ch'oggi DURIN, quel sì a Te fido petto,
Ti ſacra con devoto umile affetto.
Oh! ſe or Colui, che i ſpirti in Pindo ſcuote, 146.
Infiammaſſe il mio ſen dei furor ſuoi!
Mà troppo il duol mi vince, e mi percuote;
Sol prendi il meſto Addio, o Dea degli Eroi.
VATE non più: ma ſanto SACERDOTE
Luſtrerò d'onda ſacra i Mani Tuoi,
L'eſtremo intonerò Tuo Salve pio,
E ſull'Avel ripeterò l'ADDIO. 152.

Jl-

Jlluſtres animas, ſumma ad faſtigia duxit
Ingentem MARIAM, cœlique in parte locavit,
BLANCA ubi Diva humeris habitat radiantibus ingens.
Occurrit veterum ſeries numeroſa Parentum, 129.
Occurrit STANISLAUS, quem BRUTUS amaſſet,
Cui ſervire CATO voluiſſet, FABRICIUSque;
Occurrit Delphinus amor, ſpeſque altera Francûm,
Materni fortuna uteri, Genitoris Imago,
Subſidiumque Domus, votumque immane ſuorum
Qui fuit, & Matrem gremio complexus amatam
Arripuit propius, viciniſque intulit aſtris,
Sublimique locat ſolio, premit unde micantes
Sub pedibus ſtellas, regna & florentia flammis.
O Lux Francigenûm, lux facta recentior alti 139.
Ætheris, æthereas ades huc delapſa per auras
Terrarum relegens tractus, fineſque Polonos;
Funeream hanc Molem, & triſtis ſolemnia pompæ
Adſpice luminibus queis dignabare, benignis,
Quæ Tibi nota fides animi, devotaque ſolvunt
DURINI obſequia, & famulantis ſenſus amoris.
O mihi Caſtaliâ ſi quæ exercentur in umbrâ 146.
Suppeterent, ſi nunc Phœbus ſub corde caleret,
Quæ canerem! at cæci ducunt oblivia luctus,
Me tantum lacrymare juvat; quid carmina fruſtra
Invalidus tentem? tantùm, o decus Heroinûm,
Accipe ſupremum ſalve; nil cætera prorſus
Attingam VATES, animarum at rite SACERDOS
Rore tuos cineres ſacro luſtrabo, MARIA,
Supremumque orabo VALE, repetamque ſepulchro. 154.

I.

I.

GALLIARUM REGINÆ MARIÆ LESZCZYNSKÆ STANISLAI POL: REGIS, & LOTHAR: DUCIS FILIÆ.

Vixit Annos LXV.
Si ſatis ſibi,
Gallis certe non ſatis;
Olympo matura
Ad olympum ivit magna Jllius anima.
Vos, o Cælites
Dignior nunquam inviſit REGINA,
Non ſanctior Majeſtas:
Debitas Jlli ſedes monſtrate
DIVÆ BLANCÆ proximas;
Æqualem Jlli imponite
Sempiternæ Gloriæ Coronam,
Æquali quæ vixit Sanctitate, Prudentiâ, Magnanimitate.
Certabat
In corpore cum inſigni Gratiâ Majeſtas,
In animo cum Pietate Candor.
Jta ſe omnibus mitem, ac placidam dabat,
Ut quam primo intuitu conciliaret
Venerationem augeret.
Nemo unquam ab Jllius conſpectu triſtis diſceſſit.
BENIGNA omnibus,

omni-

Omnibus PROPITIA.
Virtus Jllius omni Invidiâ Major;
Munificentia verè BORBONICA ;
Charitas erga pauperes vere Christiana;
ECCLESIAM CATHOLICAM INTELLEXIT
BENE, ET MEDULLITUS AMAVIT.
DEO ac Regi Fidelis
Inter Aulæ Delicias
Æterno semper Numini & precibus vacavit.
Nec potuit tanta virtus in extremo actu deficere;
Mens enim nullius mali conscia
Quàm imperterrite mortis Nuntium admisit!
Quam efflictim cœleste gaudium deperibat?
Quam placide in Domino obdormivit!
Sic transiit ab Orbe Jllud REGINARUM sidus
Majores longe in cælis acturum triumphos,
Majus gesturum Diadema.
QUID FLES GALLIA?
Desine mollium tandem lacrymarum.
Tutelaris Tibi desuper invigilat REGINA;
Et quo magis divisa est, eo magis augetur salus.
Potentissimos ubique habes Defensores
MARIAM IN CÆLIS
LUDOVICUM IN TERRIS.

In grati animi obsequium mœrens dicavit Ang: DURINI Archiep: Ancyr: Nuntius Apostolicus.

II.

JUre gemit fato REGINAM Gallia raptam;
Omnis in hoc fato causa doloris inest.
Post homines natos non Jllâ sanctior ulla est
In Gallis unquam Fæmina visa plagis.
Jlla Tibi partu donarat Gallia fausto
DELPHINUM, quo nîl majus in orbe fuit,
Quem Mors, invida Mors decimâ Trieteride raptum
Virtutes numerans credidit esse senem.
Jlla sibi similes peperit Tibi, Gallia, Natas;
Moribus ut noscat quilibet esse suas.
Vixit olympiadas bis septem; ætate sed Jllâ
In facie Charitum gratia rara fuit.
His ornata bonis MULIER SANCTISSIMA, digna
Ut summo visa est æthere, rapta fuit.
Usque adeo simili claudas tua tempora fine,
His te, compellat, quisquis es, Jlla sonis;
Ut sancte moriare olim, bene vivere disce;
Et bene quo possis vivere, disce mori.

III.

QUam fortunatis dederat Polonia Gallis,
Restituit summis Gallia sideribus.
Relligio ammissam flevit, Probitasque Fidesque;
Tantum gavisum est & scelus, & vitium.

IV.

IV.

QUi credis properâ ſublatam morte MARIAM,
Ignoras quid ſit vivere, quidve mori.
Vita brevis mors eſt; mors rurſum vita, MARIA
Hanc habet, illam habuit; vivit, an interiit?

V.

COEleſtum dic fida cohors dilecta Tonanti,
Reddita dum ſuperum ſedibus eſt MARIA,
Quæ fulſit nova Lux? nam qui nos luctus obumbrat,
Et patet, & ſonitu ſidera celſa ferit.

VI.

ASpicis ut Lychni ardentem imitentur Olympum?
Enituit virtus inclyta ſic MARIÆ;
Aſpicis ut luce extincti moriantur in ipsâ?
Virtutum in gremio ſic cecidit MARIA.

VII.

OBſcura de nocte cupit REGINA ſepulchro
Inferri, & paucas vellet adeſſe faces.
Non ſine conſilio dictum hoc: Clariſſima quando
Ipſa ſibi Lampas, Luxque coruſca fuit.

VIII.

GAllia quam revocas, radianti gaudet olympo;
Quam Tu mæſta petis, ſydera fulva tenet.
Et Te digna fuit, longâ & digniſſima vitâ;
Dignior at cœlo, dignior Illa Deo.

IX.

INter funereas redolentia lumina tædas,
Quas Regina tuo mille damus cineri,
Fundere certabat roſeos æſtatis honores
Juſtitia, & dulci cum Probitate Fides.
Ipſa autem mæſto gemitu Templum omne replebat
Relligio niveas dilaniata comas.
Aſt Tibi quæ totos animo inſedere per annos
Virtutes, querulo talia ab ore dabant;
Aligeras Regina acies, Cælumque petiſti,
Ecquando nobis altera erit MARIA?

X.

Cenotaphium.

MARIA heic LESZCZYNSKA jacet; ne quære, viator,
Plura, ſat eſt tantis Manibus hic Titulus.
Ars impar negat hic laudes, negat iſta Tabella;
Tot dotes Tellus non capit egregias.
Liligeræ decus hoc rapuit mors invida Genti;
Quâque frui ut poſſent, non vetuere Dii:
Surpueruntque Animam: nempe illis Franca Propago
Regnante eſt MARIA viſa beata nimis.


XI.

XI.

CAna Fides, Probitas, Pietas, Conſtantia, Virtus
Relligio gelidâ hac contumulantur humo,
Et Tecum LESZCZYNSKA jacent. Inſpargere flores
Non opus eſt, Tyrio tingere membra croco,
Marmoris aut tumulos, aut pendula Mauſolæa
Condere, cum tales hic Tibi ſint comites.

XII.

MARIAM poſt tot merita immortalia raptam
Orba licet, nunquam, Gallia, crede mori.



O D E.

O! Diva Clio, cui tenerum melos,
Lyramque Phoebus, cui dedit aureos
Mores, virtutesque veras
Perpetuo celebrare cantu.
O! ſi recumbens ad Mariæ vigil
Buſtum, canoros ſufficias modos!
Quales ab indigno feruntur
Eurydicen rapuiſſe letho,
Si non ſequentem cerneret Orpheus
Poſt terga Vates, illacrymabilem
Mulcere cui Diten dediſti,
Anguineasque comas Sororum!

An fallor? an me Diva potens lyræ
Audit vocantem, & jam videor nigras
Errare per ſedes, per urnas
Liligerum monumenta Regum.
Heu quanta ſtrages! quantaque funera
Proſpecto! mors en concutit improba
Durum ligonem, ferreamque
Multa ſedens ſuper oſſa falcem.
Clavo trabali nunc adamantinas
Fores retexit Borbonidum, & ſacras
Urnas recludens, ſolvit ora
Terrifico metuenda riſu.
Non ſi canoro dulcius Orpheo
Quercus moventem ſollicites Chelyn;
Aut mortis eludes triumphum, aut
Exanimem revoces MARIAM.
Æterna ne ſpe concipias, monet
LESZCZYNSKA, cui non vel Pietas, meæ
Vel ulla virtus fulminanti
Ferre moram potuit ſagittæ.
En & jacentem in pulvere Filium,
Cui Non Juventus profuit Jgnea,
Cui Sponſa non longe recumbit
Jcta dolore gravi Joſepha.
Quousque læto ſæva negotio,
Mors, inſolenti lætitia fremes?
Quousque jactabis cruenta
Borboniæ ſpolia ampla Gentis?

Ergo

Ergo ille vultus ſimpliciter bonus,
Et fronte caſta purpureus pudor,
Dulcisque majeſtas, & omnis
Oris honos cineri redactus?
O quando formet prodiga munerum
Natura talem, dicite Gratiæ,
Vos dicite o pulchræ Sorores,
Quando aliam dabitis MARIAM!
Te Virgo charis orba Parentibus
Experta Matrem, Te vidua unicum
Solatium, Te æger levamen,
Debilis & columen ſenecta.
Heu contudit quot pectora, contudit
Hæc tanta clades! quot miſerabiles
Vultus, dolentumque ora Matrum
Corripuit, gemituque corda
Affecit alto! non ego ſenſibus
Stetiſſe nullis vulnere faucias
Natas MARIÆ dicam! at unum
Borbonium haud tetigit dolor; nam
Ut fama tanti nuntia funeris,
Urbes ſiniſtro murmure perculit,
Jmmugiit ſquallens utrumque
Oceani, Mediique littus;
Fati & laborat mole Polonia
Inſana luctu, & deficit impotens
Doloris; o adſit gementes
Exhilarans Lodoix Camænas!

Audit

Audit vocantem Parca benignior,
Et lætiores volvier ordines
Promittit annorum , MARIA
Dum Superum tenet alma ſedes.
Hic ſiſte Clio, nec pia næniam
Tentes inanem, nec querimonias
Profunde, tanto muta luctu
Jure Chelyn fateare victam.

ENDECASYLLABUS.

Galli plangite, plangite & Poloni,
Et mecum poſitis jocis tepentem
Luctum fundite, luctum amariorem ,
Regina Jlla & honos decusque veſtrum,
Suarum decus Jlla Galliarum
Regina heu miſerum reliquit orbem ;
Atque Illa moriente concidere
Relligio, & Pietas, Honosque ſanctus.
O! lethi aſpera jura lexque ! ſaltem
Hoc non mille tuos tot inter auſus
Debuit placuiſſe mors tibi ; heu mors !
Tu ſæcli omne decus peroſa noſtri,
Lumen, Deliciasque, Gratiasque
Crudeli accelerans manu abſtuliſti :
Galli plangite, plangite & Poloni.

ALIUS

Dum magna ætherias domos MARIA
Perluſtras rutilans nitore multo,

Hic

Hic lugens Pietas, Honosque ſanctus,
Pura & Relligio tuo ferentes
Adſiſtunt cineri ſuprema dona.
Tota heu ! Gallia, tota Roma, tota
Tellus Sarmatia heu jacent amaro
Concuſſæ gemitu tuo receſſu.

IN MARIÆ PIETATEM.

Borbonidum fæcunda Parens is talis olympo,
Mirari ut poſſit Te quoque Dia Parens;
Proxima ſiqua foret titulis, Tu proxima tantum ;
Si qua foret ſimilis, Tu ſimilata fores ;
Æmula virtutum vivebas, æmula vitæ,
Alterutri Mariæ nobile nomen erat.
Utraque cælicolis gratiſſima, pavit utramque
Jdem Amor, atque eadem Gratia, Numen idem.
Nunc cum jungantur geminæ ſuper æthera Matres,
Una, Dea tantum ſit minor, Una Deo.



ODE

ODE

QUo me ſollicitum rapis ;
  Curarumque animum ponderibus premens .
Cur luctus renovat dolor?
  Cur moeſtæ repetis munera næniæ?
Si Maria obiit, Clotho
  Non omnem Mariam ſuſtulit invida,
Quæ flos Sarmatiæ fuit,
  Quæ lux, quæque ſoli Liligeri decus.
Sic quæ flebilibus modis
  Mulcebat Dominum læta avis avolat
Cæco carcere libera,
  Metiturque vias aſtriferi ætheris.
O quæ facta potentium
  Heroidum memoras, cinge Polhymnia
Nunc lauro viridi comas ,
  Phæbi ſume lyram , conſocia aureæ
Vocem nunc liquidam lyræ;
  Nunc cantare juvat, nunc juvat invidum
Ejeciſſe ſilentium, &
  Lethæa hinc procul oblivia pellere.
Te muſam Mariam expedit,
  Te ſacrare decet carmine diſpari,
Quam ſublata oculos graves
  Inoffenſa ſacrum Relligio pedem,
Quam culpæ timidus pudor,
  Fuci ignara fides, neſcia ſordium

Vir-

Virtus firma laboribus
Evexere ſuper ſigniferas domos.
Illic nec roſeus diem
Claudit Oceano, nec fugit Heſperus,
Non umbræ trepidant leves,
Non aſſuetæ oculos ludere imagines;
Aurato recubant thoro
Exoptata quies, nudaque veritas.

ELEGIA


INdue ferales Erato mæſtiſſima cultus,
Lactea inornatæ colla comæ horrificent;
Pulla humeros veſtis, pullus circumdet amictus
Pectus vix lapſis candidius nivibus;
Tempora lugubri velentur cincta cupreſſu,
Det plectro querulos icta ſonos cythara.
Proh dolor! immiti, fato ſubrepta Maria eſt,
Et decus & mæror maximus Hectoridum.
Nec Jagellonum veniens ab origine prima
Profuit antiquus nobilitatis honos;
Tot neque natorum, Regalia pignora proles,
Nec Lodoix virtus inclyta Magnanimi.
Quid comem Majeſtatem, chariteſque verendas,
Geſtaque Francorum ſceptra ego commemorem?
Scilicet hæc rapido tribuit fugientia lapſu,
Quæ inſiſtit fallax Diva rotæ volucri.
At pudor, & probitas, altæ & prudentia mentis,
Et raræ integritas ſancta pudicitiæ,

Et

Et pia Relligio, & cunctos exculta per annos
In miseram virtus prodiga pauperiem,
Innumeræque aliæ dotes, quibus undique fulsit,
Cur vestras, Parcæ, non tenuere manus?
Crudeles Parcæ, dirâ quæ morte repente;
Vita caduca boni siquid habet, rapitis.
Infelix sed vita cadat, simul omnia fluxæ
Fortunæ in tenues dona cadant cineres;
Clara tamen nullum metuunt præconia lethum,
Formidat nullam gloria vera necem.
Qua periisse die visa est excelsa Maria
Conscendisse alis sidera præpetibus.
Inde hominum curas felix miseratur inanes,
Et sua nos lacrymis funera flere vetat.
Te quoque ferales Erato deponere vultus,
Et jucunda hilarem promere verba decet.
Concine cælicolum sublimi in sede locatam
Inter perpetuæ præmia lætitiæ;
Concine quæ Soboli, Magno quæ summa Marito
Gaudia pro meritis impetrat Jlla suis:
Hæc mihi pro mæstis solatia blanda querelis,
Hos cane dulcisonos, candida musa, sonos.



ODE



DELL' ABATE LUIGI SUBLEYRAS

ODE

Convienſi a te mia Cetera
Stil di grave dolore:
E dritto è che al funereo
Canto, e del mio Signore
Jo ſoſpiri all' intenſo ſoſpirar.
Gli aurei me pure accendono
Genj del Franco Regno,
E dal bel Suolo origine
Traſſi, ove a colpo indegno
Atropo ardì la rea ſorte innalzar.

Ahi non placabil d'Erebo
Figlia! ahi Nuncia d'affanno!
Ve' con che guardo intrepido
Sul gran pubblico danno
Passa, e più l'ire sfoga ov'è più duol.
E non lei calde affrenano
Voci d'amor compagne?
Nè il ferro appiè dell' inclita
Regia PROLE, che piagne
Getta? E al guado non torna ignoto al Sol?

Ohime! Che invan sue tacite
Orme il timor precorse:
Invan l'Arti Epidaurie,
La Regal vita in forse
Scorgendo, ersero il braccio animator.
Cadde il rio colpo: e ferrea
Notte i bei lumi inchina.
O Gallia! o mesto Popolo
Spenta è la tua REGINA,
Spento è quel primo d'età nostra onor.

Spente son le sociabili
Pompe a bell'Alma integra.
Prendi, infelice, i tragici
Veli, e di benda negra
Ravvolgi, o Senna, l'ondeggiante crin.

Che

Che pur queſte all' Eroica
Donna già ſede e cuna,
Piaggie del freddo Sarmata
Eco ti ſanno: e bruna
Di duol nube vi ſpande il tuo deſtin.

Odo ben odo i queruli
Modi d' Aonio Coro:
E le ſmanie ſollecite
Scorgo: e i gran Gigli d'oro
Veggo l'atre di Morte inſegne ornar.
E veggo al ſacro Cenere,
Pegno d'affetto grato,
Già tra grand' Archi, e lucide
Colonne ardue locato
Il feral Monumento torreggiar.

Quì luttuoſe Immagini
Su' Parete annegrita:
Quì denſe faci, e lugubri
Note il Dolor ne addita,
Quai di ſua man Melpomene ſegnò.
Così triſto ſpettacolo
Fanſi le Regie Sorti.
Oh grandezze sfuggevoli!
Oh lievi beni e corti!
Non a lor la gran Donna il cor piegò.

Voi

Voi voi, che induſtre Artefice
All' alta Pira intorno
Pinſe, o Virtù multiplici,
Voi non caduco giorno
Scopriſte al guardo ſuo penetrator.
E tu fida, cui candido
Velo il bel volto copre,
Religion magnanima,
I ſuoi penſieri e l'opre
In guardia aveſti ſin dal primo albor.

Teco il cor le infiammarono
Zelo animoſo, e Speme:
Quella non già che in placido
Sorriſo inganni preme,
Ma l'Altra ch'erge invitte penne al Ciel;
E che di cerchio in cerchio
Alla beata Soglia
Più levò la grand' Anima,
Quando più l'egra ſpoglia
Languìa qual fiore per notturno giel.

Ma chi potrìa l'ingenue
Narrar cure? o l'immota
Coſtanza? e in un le provide
Regali arti, che ignota
Forza han ſul noſtro univerſal deſtin?

Trop-

Troppo il Disìo, che ſcorgemi,
Con piccioletta barca
Per l'ampio innavigabile
Mar di ſue lodi varca.
Deh laſci il mal tentato arduo camin.

E il culto Gallo, e l'emulo
Polono ad altro chieggia
Degno Alunno d'Appolline
Carmi eterni: e gli veggia
Con ira il pigro Acherontèo Nocchier.
Che alle mie roche, e povere
Rime il ſommo fia pregio,
Se d'un ſol guardo degnile
DURINI a cui ſon fregio
Più che il nobile Incarco alti penſier.





DEL MEDESIMO

SONETTO.

MOrte, il so, d' ugual piede urta e penétra
Le Regie Torri, e gli umili Abituri,
Ma non pertanto i Sacri Nomi arretra,
Ch' ampio varcan tragitto ai dì futuri.

E ovunque in marmo, o in agitabil cetra,
O in dir facondo alta memoria duri,
Vivi ancor DONNA invitta, e non di tetra
Presso al gorgo Letèo nebbia impauri.

Ne Te, cui serba imperturbabil Fato;
Ma se stesso Ognun piagne orbo, e per lunga
Via di duol cerca il tuo bel raggio usato.

Morte sel vegga, e in tanti lai la punga
Rimorso: E almeno l'aureo Fil troncato
Del gran LUIGI ai chiari dì congiunga.





IN OBITUM

DELPHINI



TRADUZIONE DELL' ABATE ALESSANDRO DE SANCTIS.

Mentre al Delfin gli acerbi ufficj mesta
La Francia scioglie, e al Ciel lamenti inalza;
Mentre i fonti la Senna a pianger desta
Dall'ime cave, e l' onde all'onde incalza;
Mentre tutto è dolor, tutto funesta
Vena di pianto, che dagli occhi sbalza;
Me i Francesi vedran con ciglio asciutto
Tranquillo spettator del comun lutto?
Corri del pianto mio emulo fiume, 7
E il freno lascia ai flebili lamenti;
Ah! mi sovvien con quale affabil nume,
Delfin, mi ti prestavi ai mutui accenti;
Ah! mi sovvien del maestoso lume,
Che in atti balenò di terror spenti;

Par-



IN OBITUM DELPHINI


EPICEDION.

Illacrymata suo dum Gallia tota parentat
Delphino; specubus dum Sequana motus ab imis
Turget inexhaustum, violenti & signa doloris
Urget præcipites solito violentior undas;
Omnia dum lacrymis undant; mihi salsa fluenta
Defuerint? tristi Delphini in funere, sicco
Lumine me aspiciant Galli! Quin flumine largo 7.
Immadeam, & guttis fluitantibus æmula vena
Flebilibus de more modis uberrima manet.
Ah! memini, quam te placidum, vultuque serenum
Te, Delphine, dares mihi, colloquioque beares
Quam facili! Memini, quantum tua comis ubique
Majestas fuerit, civem terrore remoto
Ut gereres, notas audire & reddere voces

Te-

Parmi d'udirti ancora, e men' rimembra,
Finche spirto di vita han queste membra.
Dunque tributo estremo di dolore 17
Benigno sì, come degnavi, accetta,
Che l'umil senso, il dirò pur d'amore,
E la fede a te nota oggi mi detta.
Deh perche non mi diè stella migliore
Per te lieto salir l'aonia vetta!
D'altro canto eri degno, io'l meditava;
Ma la Parca crudele il fil troncava.
Il suon mi tolse dei compiuti onori 25
L'empia, e donnommi a lagrimevol canto;
Itene edre felici, itene allori;
Abbian funerei nassi il fiero vanto,
E mi vadan pel crin gl'irti squallori
Che mette dei cipressi il feral manto:
Già in cor mi latra il disperato affetto,
E si dilaga l'amarezza in petto.
Ecco a me innanzi il bruno acconcio fassi; 31
Sorgemi agliocchi il letto, e il gran feretro;
Già i Cleri van; già ascolto i treni lassi,
Mi fiere delle torce il lume tetro;
L'aspergon d'onda pura, i tardi passi
Disilan misurando, e tornan retro:
Già scelta man sugli omeri lo toglie,
E l'ufficio final piangendo scioglie.
Ahi troppo presto a noi per nostri danni 40
Rapito in fior d'etate, ahi troppo presto!

(S'



Tecum iterum videor, tecum & Delphine videbor,
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.
Ergo extrema mei lacrymosa tributa doloris 17.
Accipias vultu, quo dignabare, benigno,
Quam tibi nota fides animi, devotaque solvunt
Pectoris obsequia, & famulantis sensus amoris.
Ah! meliore (trium sinerent modo fila sororum)
Auspicio laudandus eras; conscendere Pindum
Mens erat; & musas Phæbumque in vota vocare,
Texere me sinerent maturæ laudis honores.
Sed lacrymosa (nefas!) modulari funera cogor. 25.
Felices hederæ longe, sit Cynthia longe
Laurea; sollicitam solæ perrepite frontem
Funereæ taxi, crinemque umbrate cupressus.
Jam dolor oblatrat circum præcordia vatis
Improbus, & toto regnant sub pectore luctus:
Jam mihi funesti versantur ob ora paratus, 31.
Funereus thorus assurgit, magnumque feretrum;
Jamque sacerdotum diverso ex ordine coetus
Aspicio; jam carmen hiant regalibus aptum
Manibus; & pura ter jam lacrymabile corpus
Lustratur lympha: jam incedunt ordine longo
Compositis lenti gradibus, manibusque tenentes
Accensas de more faces; delecta juventus
Succollat feretro, supremaque munera solvit.
Publica vox hæc una sonat; sublate juventa 40.
Heu! nobis nimium viridi; hæc tibi debita sceptra?
Salve supremum longâ dignissime vitâ,

Su-

(S'odon ſonar gli univerſali affanni)
Scettro dovuto a te lo ſcettro è queſto?
Salve, oh! pur degno di lunghiſſimi anni,
Prendi, Delfin, da noi l'addio funeſto
Di perenne dolore, e di martiri,
O richiamato dai comun ſoſpiri.

L'anguia giacente in ſulle ſtanche piume, 45.
E lo vincea forza di mal profonda,
Lui che fù de Borboni un chiaro lume,
E di Francia Delfin ſpeme ſeconda;
Già in volto gli ſalia dal bujo fiume
L'imagine mortal colla nera onda;
Quanto diverſo da quel, cui d'intorno
Franceſi ammirator prima eſultorno!
Qual alto pin fronzuto, in dura gioſtra 51.
Cui fuoco reo toccò di triſti venti;
S'affanni a ravvivar ſua bella moſtra
Il cultore, velen ſon gli alimenti;
Perde l'onor dei rami, e nude moſtra
Squallide braccia, e tronchi omai cadenti;
Pietà n'ha il monte, pietà le ſorelle
Driadi uſe a poſar nell'ombre belle.
Quale angoſcia tu allor pel tuo conſorte, 60.
Delfina, avei dì e notte addolorata?
Vede ella i ſtanchi rai, le guance ſmorte,
E mai dal volto ſuo non torce occhiata:
Che non dice, e non fa? tenta ogni ſorte,

Tal.

Supremum, Delphine, vale, Gallis dolor ingens
Omnibus, & francis ſemper plorandus ab oris.

BOrbonidum decus, & Franci ſpes altera Regni 45.
Delphinus coeco cruciatus corpora morbo
Languebat molli dejectus membra cubili;
Jamque olli in vultu pallorque, & plurima lethi
Sederat effigies: quantum mutatus ab illo
Principe erat, Galli quem mirabantur ovantes!
Qualiter Alpino conſurgens vertice pinus 51.
Umbroſas intonſa comas, ſi quando malignis
Afflatur ventis, & iniquo tangitur igni,
Deficit, interea quamvis alimenta miniſtrent
Agricolæ, humoremque in virus decoquit omnem:
Ramorum cadit omne decus, ſpoliataque pallent
Brachia, vixque jugo jam jam caſura tenetur;
Jllam deformem montes miſerantur, & omnes
Aſſuetæ Dryades ſociâ recubare ſub umbrâ.
Quæ tibi tunc, Delphina, tuo pro conjuge cura? 60.
Quis noctu, quis luce dolor! dum tabe gravatos
Aſpiciens oculos, & colla remiſſa mariti,
Pallentesque genas, facies ſe vertit in omnes
Infelix animi, circumque cubilia pernox
Aſſidet, & cunctas medicorum interrogat artes,

Ne

Tutta la medica arte interrogata;
Detta ogni mezzo amor nel gran periglio,
Ma ſi diſperde ogni opra, ogni conſiglio.
Sparſe le chiome alfin và lagrimoſa 68.
Della gran Madre all'intimo tempietto;
Diva, dicea con voce doloroſa,
Diva, ſe t'adorai con puro affetto;
Se ſpeſſo orando veglio, ed ognun poſa,
Veſtal non ha per te sì caldo il petto;
Mira il Delfin da fero morbo oppreſſo,
Mira, e il ſoccorſo tuo gli ſia dapreſſo.
Che ſe pur degna non mi fai di tanto; 77.
Per te, pel nome tuo di madre amato,
Diva, pel verginal tuo candor ſanto,
Deh la mia morte prevenga il ſuo fato;
Mi chiuda le pupille, e del ſuo pianto
Il funeral mio tren faccia onorato;
Egli me avanzi, che più degno egli era.
Diſſe, ma il vento portò la preghiera.
Le *coſe intanto nell'eterna mente* 85.
Volgea quegli, onde ogni eſſere procede;
Regge i ſecoli al cenno onnipotente,
E vede l'opre, e i ſpirti umani vede;
Stà lì Giuſtizia colla ſpada ardente,
E quì Clemenza manſueta ſiede,
Vergin dilette entrambe al ſommo Padre,
Moderatrici dell'umane ſquadre.
L'una i Ribelli fiere, e il mondo ſcuote 92.
Col-

Ne quid inexpertum ſinat in diſcrimine tanto,
Omnia ſuadet amor, fruſtra tamen omnia tentat;
Omnia vana videns, ſparſo per colla capillo 68.
Interiore domo poſitas procumbit ad aras
Virginis, & tali lacrymas cum voce profundit;
Diva, decus coeli, cujus ſimulacra, piasque
Effigies etiam multa de nocte frequento
Submiſſis terræ genibus, nec te magis umquam
Virginei coluere chori, innuptæque puellæ;
Delphinum, precor, indigni quem aſperrima morbi
Vis tenet, heu furias da tantæ evadere peſtis.
Quod ſi me tanto non dignam munere reris, 77.
Per te, diva, precor, per nomen amabile matris,
Virgineumque decus, duris hanc exue curis
Infelicem animam, Delphini fata præire
Annue, & ille meos manibus componat ocellos,
Exequias decoret lacrymis, & funera ducat:
Hic, precor, hic ſuperet longo, qui dignior, ævo.
Dixerat, at ſenſit vaneſcere vota per auras.
Interea ſator omnipotens vis provida coeli, 85.
Aeternusque vigor, certis qui temperat orbem
Legibus, & ſolo diſponit ſæcula nutu,
Humanosque animos videt, & mortalia curat;
Atque illum cælo fulgentem hinc Aequa Virago,
Illinc manſueta cingit Clementia fronte,
Utraque ſupremo Virgo dilecta Tonanti;
Altera ſi quando cælo pugnare rebellem 92.
B Gen-

Col terror delle trifide saette;
Ella nel cupo inferno i rei percuote
Accumulando l'eterne vendette;
L'altra comparte i don, l'alme riscuote
Dagli affanni terreni, e al Ciel le mette;
Stan mille altre d'intorno al sommo Nume,
Che beon Suore immortali il divo lume.
Quegli mentre girava il grave ciglio
Dispensando suo bene in mare, e in terra,
Affisa della Francia il real Figlio,
E vede qual dolor la Corte serra;
Muta la Regia nel fatal periglio,
E deserte le sale, ove il pianto erra.
Vede il Delfin che in mortal lutta pende,
E alla placida Dea così a dir prende.
Và, non tardar, di Morte all'antro oscuro;
Dille, ch'io, l dissi; dal Delfino ascenda,
Rompa di corsa vita il stame duro;
Nè pietà, s'alti pianti, e voti intenda;
Viver già più non può; al Cielo è maturo;
Suoi scettri quì, altre diademe prenda;
Ma spogliata d'orror colga i destini
Dolce, & in dolce sonno lo richini.
Dicea; Ella di Dio fà i detti, e nulla
Badandosi nel Ciel, le nubi passa;
Luogo è, l'estrema Scizia, orrido frulla
Quì fiato d'aura riardente, e crassa;

Cam-

Gentem hominum cernit, vibrat ensem, quo simul omnis
Icta tremit tellus, miseris mortalibus horror
Additur; hæc erebo fertur mulctare nocentes
Agglomerans justas flammati Numinis iras;
Altera muneribus terras mitissima Virgo
Ditat, & innocuas mentes, vitæque labores
Mitigat, emeritis & gaudia spondet olympi;
Circumstant millenæ aliæ, dioque sorores
Igne flagrant, capiuntque benignum in pectore numen.
Dum dias dispensat opes, terræque, marisque
Dum servat tractus, visumque per omnia ducit,
Regali Francum defixit lumina sedi,
Omnia moesta videt, desolatosque superbos
Postes, oppressam magnis moeroribus aulam,
Borbonidumque domum summo in discrimine mutam;
Delphinum hinc miserans ægrum, durumque resolvi,
Sic placidam miti compellat pectore Divam:
Vade, age, adi velox tenebrosa cubilia mortis;
Hæc mea dicta refer, Francorum protinus aulam
Scandat, & emeritæ disrumpat stamina vitæ
Delphini, cui Borbonidum vota anxia fervent,
Francigenæ languent cui sedula pectora Gentis;
Jlle meus dudum est pietate, & moribus aureis;
Olli ultra haud vixisse datur; maturus olympo est;
Olli alii fasces, atque altera sceptra parantur:
Sed teneros viduata metu decerpat honores
Leniter, & dulci præcludat lumina somno.
Dixerat; illa Dei cælo delapsa facessit

B 2 Impe-

Gelate acque, aer triſto, e terra brulla,
Campagna dell'onor d'aratro caſſa;
Quì eterno sferza il boreal furore,
Non pianta quì, non erba, o ſpiga, o fiore.
Notte, ove raggio mai non è che luca,
Le tenebre palpate ſempiterna;
Sette canne in ſul monte è la caduca
Neve che impetra; e ſcoglio s'incaverna
Al mezzo, e infrà rottami apre una buca
Nera, che proprio par la valle inferna;
Squallor, ſozzura ſtà i ſaſſi rodendo;
Della Morte queſt' è l'albergo orrendo.
Staſſi giaciuta in brullo ſeggio alpeſtre
La falce in man colle ſembianze fiere;
Moſtro tremendo immane; entran le deſtre
E manche gote in due caverne nere;
Senz'occhi affiſa duo vane feneſtre,
Per gorgia ha ſol le inanellate sfere,
Calvo teschio, atri denti, e ringhi aperti,
E del ventre i duo ſen vuoti, e ſcoperti.
Reggon ſpolpati ſtinchi il ſecco oſſame;
Scarmo, e par giallo buſſo, il ſuo ſembiante;
E'ſcempia crate il ſeno, e ignudo arcame;
E i Morbi guarda a ſe covati avante,
Febbri, languori, e macilenze grame,
E di morte peggior la tema anſante;
E quanti mali al mondo il Cielo aggiunſe,
Poiche ſalir Prometeo al Ciel preſunſe.

Sci-

Imperia, & velox pendentia nubila tranat.
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
(Triſte ſolum) ripheæ auræ quem ſibilus atrox
Flamine perpetuo tundit, rabiesque rigentis
Quem pulſat Boreæ gelidas induta pruinas;
Frigore torpet ager, gelat unda, ignorat aratri
Terra decus, nudos ſine fruge, ſine arbore campos
Aſpiceres; piceis nox incubat atra tenebris,
Et numquam bijugos diſſolvit roſcida currus.
Septenas circum ſupraque exurgit in ulnas
Nix concreta jugo; mediaque crepidine dorſi
Os patet exeſum; ſcopulus teſtudinat antrum;
Regna putes Erebi, nox intus plurima, frigus
Aeternum, æterna illuvies, & ſqualidus horror;
Non exoratæ ſedes hic effera mortis,
Formidanda domus. Duro cubat illa ſedili
Ore minax & falce manum munita cruentâ,
Monſtrum horrendum, informe, ingens; effoſſa cavernis
Cui geminis abit interius ſtructura genarum;
Intorquet vacuos oculis extorribus orbes;
Orba comis cervix, cava frons, ſitus horridus oris
Semper hiat, nullo livent ſub tegmine dentes;
Non modus eſt ventri, nudis riget oſſibus omnis,
Pectore ſtant ſolæ crates; vix tenvia corpus
Crura ferunt ægrum, faciesque ſimillima buxo.
Ante fores varii poſuere cubilia morbi,
Febris & in primis ſoror, & funeſtior ipſâ
Morte Pavor, Tabes, Peſtis, Languorque, Tremorque,

Que-

Sciolta l'ambrosiò crin la Dea quì scese 152.
Dipinta in volto di celesti ardori;
E il tetro albergo balenando accese,
Et allegrò quei tenebrosi orrori;
Chinossi, che al fulgor non si difese,
La morte; e spiegò quella i dir sonori;
Và, figlia della Notte, i passi affretta,
Che in Francia te l'egro Delfiino aspetta.
Quei che governa il ciel, la terra, e il mare 161,
Questo a dir mi mandò sugli aurei vanni:
Del corso viver suo dei tu tagliare
Lo stame, e non badare ai gravi affanni
Di Francia, ai pianti, & all'alto pregare:
Ma dolcemente a lui dilibra gli anni,
Come un fior côgli la sua bella vita.
Disse, e si rese al Padre in Ciel salita.
Ma il comandc a eseguir non punto lassa 169.
Morte sorge, e l'orror del ceffo spoglia,
Prende imagin di sonno, e ovunque passa
Inaridisce ogni erba, e fiore, e foglia;
Diserta i campi, e piante, e biade lassa
Percosse a terra colla vuota spoglia;
Peron gli augei colle native selve,
Pere d'uomo ogni etate, e pesci, e belve.
Oltra è già, gran Parigi, alli tuoi muri, 176.
E dalla Senna già Versaglia sale,
Dove steso il Delfin tra lumi scuri
E muore, e viue in contrasto ferale;

Già

Quæque mala æthereâ subductis ignibus orâ
Incubuere solo, magno temerarius ausu
Cum genus Japeti conscendit in astra Prometheus.
Huc se Diva infert demissa potentibus alis 152.
Ambrosias effusa comas, multoque renidens
Ora Deo radiis hilarat tenebrosa coruscis
Hospitia, & nigræ late micuere cavernæ.
Pallida Mors divæ nequit ora; oculosque tueri;
Olli diva minans jussis ita vocibus infit;
Hinc procul, o, gressus, tetrâ sata nocte, fugaces,
I, rape Francigenum ad tractus & Regia tecta;
Est labor, est illic tuus impendendus: habenas
Qui mundi frænat, divum pater atque hominum Rex 161.
Hæc mandata tibi celeres deferre per auras
Me jubet, emeritæ reseces subtegmina vitæ
Delphini, cui Borbonidum vota anxia fervent,
Francigenæ languent cui sedula pectora gentis;
Verum immaturos abscinde benignius annos,
Leniter & primæ florem decerpe juventæ.
Dixit, & ad sedes patrii remeavit olympi.
At Mors cælestes actutum sedula jussus 169.
Exequitur, vultusque trucem spoliata rigorem
Induit effigiem somni: quacumque timendum
Fert gressum, siccis arescit frondibus arbor,
Aret ager, languent sata læta, boumque labores,
Emoritur pecudum genus omne, genusque natantum,
Alituumque, hominumque omnis simul interit ætas.
Jam populosa tuos superat Lutetia muros 176.

Se-


Già il letto aſcende, e con gli tatti impuri
Guaſta i begli oſtri, e il real corpo aſſale;
S'inſinua nelle vene, e guadagnando
Tacita il cor, và l'aura fredda errando.
Sentendoſi mancare, e già l'anelo 187.
Reſpir gli manca, le mani cadenti
Colla languida voce tolle al cielo;
Padre ſe viver più non mi conſenti,
Volontier parto del terreſtre velo;
Tu accendeſti i miei ſpirti, e da te ſpenti:
Piacemi il tuo pacer; ſe vita, o morte,
Nelle tue man ripongo la mia ſorte.
Pregoti ſol, che la Progenie mia, 196.
(Miſerere di me) nel tuo timore
Cammini, e il piè non torca di tua via;
E che viva felice il Genitore,
Ea lui quel ch'è a me tolto aggiunto ſia;
Lungo reſti, di Francia e ſia l'amore,
Lunghe di lui nel Ciel le brame ſieno.
Diſſe, nè più il toccò penſier terreno.
Sull'imagin di Criſto ogni pietoſo , 204.
E pur lieto ſuo ſpirto allor fu accolto;
Sì del morir ſi adagia, e và in ripoſo
L'alma fuggente al Ciel dal ſupin volto;
Come quel fior che l'aſtro luminoſo
Ama, ſe muore dall' aratro avvolto,
O ſe alidiſcon gli auſtri la radice,
Al Sol ritiene fiſſa la cervice.

Qual

Sequanicasque undas, Verſalia limina greſſu
Jam tenet, heu reſupinus ubi Delphinus in oſtro
Aeger luctatur, vivaci & funere pugnat.
Inſilit illa toris, & diro ſtragula tactu
Lambit, ſe ſe inter venas teneraſque medullas
Lapſibus inſinuans tacitis, omnemque pererrat
Mortiferam inſpirans auram, ſuccoſque malignos.
Ergo ubi deficientem animam perſentit, & ægras 187.
Pectore anhelanti vix auras ducit, ad aſtra
Extollit cum voce manus; Si juſſa propinquant
Fata mihi, longæque negat ſi tempora vitæ
Omnipotens, tua juſſa parens, facilisque ſequetur,
Quo me cunque vocas, animus, tu lumina vitæ
Das Genitor, forti pariter tu ſoluere dextra
Tu potis es; quodcumque jubes, mea ſola voluptas,
Seu vitam proferre placet, ſeu ſternere letho.
At te, ſumme Parens hominum, miſerere precantis, 196.
Obteſtor, mea Progenies tua maxima juſſa
Obſervet ſanctæ haud flectens de tramite legis,
AUGUSTUS que ſuos felicior impleat annos,
Quodque mihi ablatum accedat Genitoris ad ævum;
Ille diu lætus Gallis interſit, amorque
Dicatur, longumque illum deſideret Aether.
Poſt hæc ſideream tantum reminiſcitur aulam;
Exſatiatque oculos morientis imagine Chriſti, 204.
Illum unum gaudens Servatoremque, Deumque
Invocat, illum ægris complectitur usque lacertis:
Sic fruitur letho, atque animâ fugiente quieſcit

 Ora

Qual s'impetrò la ſua non più conſorte! 212.
Fuggì l'alma, e i reſpiri il dolor chiuſe;
Poi rinvenuta, ſulle membra morte
L'abbandonnate braccia circonfuſe;
Cerca, e non trova quel che levò morte,
Volto con volto le labra confuse;
Poi compon gliocchi, e ſoſpira, e non crede,
Non crede che ſia morto, e pur lo vede.
Del gelido rigore alfine impreſſi 220.
Svegliò li ſenſi, e ruppe i ſuoni meſti;
Sì dai paterni Saſſonici ampleſſi
A noda marital mi divelleſti,
E sì, Delfin, mi laſci! e sì permeſſi
Gli tuoi, ſciolto il conjugio, a morte deſti?
Qual maligno aſtro appena a me fiorita
Invidiò la ſpeme, e a te la vita!
Dov'è, dov'è la ſorte, ond'io felice 228.
Anzi ogni altra regina andar pareva!
Ben ſol, caro, abbracciarti ancor mi lice,
Ma oh dio! già toſto il feretro ti leva;
Giorno crudel, che gli oſculi interdice!
Delfin, gli occhi per poco a me ſolleva,
Rendimi i mutui ampleſſi. Ohime! vaneggio;
Che la morte m'aſcolti in van richieggio.
Che tardo più? che la face diurna, 237.
El'aure ingrate non relinquo omai!
Teco verrò, teco verrò; nell' urna
La tua colla mia cener meſcerai.



Ora ſupina tenens. Veluti flos ille perennis
Solis amans, ſi forte malos exſpirat ad auſtros,
Aut tellure jacet ferro ſuccisus, in illum
Obvertit caput, & tota cervice moratur.
At conjux, non jam conjux, heu ſaxea toto 212.
Diriguit vultu, viſusque, animusque refugit,
Et dolor incluſit gemitus; mox, luce recepta,
Delphini in vultus dilecti ſternitur, & nunc
Ore legens animam confuſa per oſcula quærit;
Nunc mæſtis oculos manibus componit, & arcto
Circuit amplexu viduatum lumine corpus;
Nec dum Delphinum putat exceſſiſſe, fidemque
Vix oculis habet ipſa ſuis: ſed frigida tandem 220.
Membra tenens imo voces has pectore rumpit.
Siccine Saxonicis in connubialia vincla
Abductam gremiis me me Delphine relinquis!
Siccine præriperis letho, ſic fœdere rupto
Conjugii te te noſtris amplexibus aufers;
Quænam te miſeræ primæva ætate virentem
Invidit fortuna mihi, fortuna noverca!
Tu thalami ſors illa mihi, quâ tangere cælum, 228.
Reginasque omnes titulis anteire videbar;
Sed bene habet, charos etiam nunc amplectimur artus;
Hei mihi, ſed triſti jam jam rapiere feretro,
Dividet hæc ſuprema dies, atque oſcula rumpet:
Nunc ſaltem Delphine oculos attolle parumper,
Amplexus mihi redde tuos, mihi mutua redde
Oſcula: ſed quid ago demens? heu flebile ſenſu

Sì plorante la toglion. Coll'eburna
Sua man ſtraccia ella il crine, e addoppia i lai;
Se ſola foſſe, cercheria la morte,
Sì di ſua mente ha il duol le forze aſſorte.
Qual ſmarrita colomba, ove atterrato 245.
Perdè il compagno, cui dal ciel colpìo
Il crudo cacciator con piombo alato,
Empie la nota ſelva, e il noto rio
Delle querele, e intorno al nido amato
Và ripetendo ai rami il ſuo deſio.
Sì la conſorte: ma non meno ancora
La madre il figlio, inconſolabil plora.
Percuote lagrimando il regal petto, 251.
E chiama il figlio, e il figlio non aſcolta;
Nè più ti rivedrò, mio dolce affetto,
E ogni coſa in amaro or sì m'hai volta!
Figlio, dice, a ognun ſei di pianti oggeto,
Ma d'ognuno in me inſiem la pena è accolta;
Teco partivo le noie, e gli affanni,
Eri tu la mia ſpeme agli ultimi anni.
La gloria del mio ventre ove ſè'ita, 260.
Che fra le madri eſſer faceami altera!
Teco ogni altro mio ben, teco è fugita
Ogni allegrezza, e gioia mia primiera;
Che l'amor tuo mi manteneva in vita.
Sì la regina al pianto perſevera
Con ſingulti entro il ſen dal duol riſpinti;
Niobe così piangeſti i figli eſtinti.

Corpus eget, nec Mors audit lamenta vocantis.
Quid moror inviſam quamprimum abrumpere vitam, 237.
Ingratumque diem? Non incomitatus abibis,
Tecum adero, conjux, indiſcretique ſepulchro
Ibimus, atque unâ cineres miſcebimus urnâ.
Infelix ulularet adhuc, & turbida mortem
Quæreret; abripiunt famulæ, longeque reportant,
Solantesque tenent; roſeum decus illa genarum
Deſtruit, immeritosque avido ſecat ungue capillos,
Jam vocis, jam mentis inops. Sic mæſta columba 245.
Amiſſo nidi ſocio, quem ferreus auceps
Aethere dejecit trajectum præpete plumbo,
Nunc notas nemorum latebras, nunc queſtibus implet
Flumina, cognatosque interrogat anxia ramos.
Nec Regina minus Genitrix dolet, irrita nato
Munera dans lacrymas: tum cædens pectora palmis 251.
Non auditurum planctus Genitricis amaros
Terque quaterque vocat Delphinum, & talia fatur;
Ergo ego te nunquam aſpiciam dulciſſime rerum,
Quo ſine nec dulce eſt nobis nec amabile quicquam?
Nate equidem cunctis tu flebilis interiiſti,
Quam mihi, flebilior nulli; lenire ſequaces
Quoi ego conſueram curas, aulæque tumultus;
Tu mea tu proles noſtræ ſpes una ſenectæ;
Tune uteri fortuna mei, qua ſidera inire 260.
Rebar, & ante alias titulis incedere matres?
Tu mea tu moriens fregiſti commoda; tecum
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,

Stannosi intanto alla celeste corte 268.
Navarra, e Francia; ivan dal ciglio l'onde,
Lacere il seno, e colle guance smorte,
E sì Francia le voci, e il pianto fonde;
Padre, che inappoggiata a star conforte
La pigra terra, e al mar segni le sponde,
Mira il Delfino, l'altra nostra speme,
Come languisca presso l'ore estreme.
Ah pria si spogli la destra rovente 276.
Sul nostro sen; ma ch'io non sia deserta
Di sì gran capo, e in tanto mal dolente:
Il principe più giusto in che lo merta!
Il più dei Franchi in equità fervente,
Quale ogni altro avo suo, di virtù esperta;
Prisca pietà, prischi costumi ei vuole,
E il Roman Padre riverisce, e cole.
Cole il sommo Pastore, e onor gli rende, 284.
Et odia chi con lingua, e van volere
Dissacra le tue leggi reverende.
Rispose a lei del mondo il gran Padre, e Re;
Fù Delfin, non dolerti; così pende
L'ordine dei Destini al mio piacere;
Chiamanlo a se le stelle; ecco la sede
Degna dell'opre sue, della sua fede.
L'aura pura immortal quì meco spiri, 293.
Meco d'eternità quì s'assecure;
Abbia quì li suoi scettri, e d'alto miri
Volgere il Padre dei regni le cure.

Di-

In vitâ quæ dulcis amor tuus unus alebat.
Talibus insistens Genitrix miseranda querelis
Te, Delphine, gemit singultibus interruptis:
Sic Nioben perhibent natos flevisse peremptos.
Interea ad summi cælestia tecta Tonantis 268.
Mærentes stabant discissâ veste sorores
Navarra infelix & rupto Gallia crine,
Aeternum & Dominum sic Gallia compellabat.
Magne Parens, cujus nutu stat pondere tellus
Nixa suo, metas nec transilit Amphitrite,
Nonne vides summo ut languens discrimine vitæ
Delphinus jaceat nostri spes altera Regni?
Ah prius in nostrum vibrentur fulmina pectus, 276.
Quam nobis tanti capitis sentire ruinam
Accidat, atque velis tanto squallescere luctu.
Non hoc est meritus Princeps, justissimus unus
Extat qui in Gallis, & servantissimus æqui,
Bornonidum haud ulli veterum virtute secundus,
Qui priscæ pietatis amans, & moris aviti
Romuleumque Patrem observat, Ritusque verendos,
Juraque & æternos summi Pastoris honores, 284.
Atque odit quoscunque animo, linguâque rebelles
Irridere tuas audent & scindere leges.
Olli respondit divum pater atque hominum Rex,
Delphinus fuit, haud doleas; sic omnia mentis
Ad placitum nostræ fatorum dirigit ordo;
Astra vocant illum, non olli hæc debita sedes,
Fulgentes subit en sedes, atque aurea cæli

Side-

Dicea. Quand' ecco sale ai sommi giri
Candida nube: ecco le terre scure
Lasciando a poco a poco, e ogni alta cima
Al ciel pomposamente si sublima.
D'intorno, e sopra esercito beato 299.
S'incoronava per l'aeree strade;
Splende in mezzo il Delfin d'astri ammantato,
E i cieli passa in alta dignitate;
La schietta Fede in bianca veste allato
Stagli, e senza alcun vel Semplicitade;
Stagli Religion sovrana accanto,
E la Pietà con guardo augusto, e santo.
Quindi udirsi gli applausi, i lieti viva 307.
Dell' anime beate, e i dolci canti,
Inni sciogliendo, ove il Delfino arriva,
Fino all' Empireo dalle stelle erranti;
Andò l'alto rimbombo, e in ogni riva
Ripercoteansi l'aure tremolanti,
E i boschi, e le pendici, e il mar profondo,
E tutto ai gaudj corrispose il mondo. 312,



ELE-

Sidera, commutans cælestia sceptra caducis.
Hic mecum æternos maneat victurus in annos 293.
Immortalem auram spirans, atque æthera purum,
Despectetque suum tractantem magna Parentem.
Vix ea fatus erat; subito cum candida nubes
Visa est per liquidos aurai surgere tractus,
Terrai linquensque plagas, hinc ardua cæli
Scandere paulatim; divi circumque supraque 299.
Texebant varias cæli per inane coronas.
At vectus pompæ in medio Delphinus, amictu
Fulgebat stellis rutilo, cæloque subibat.
Olli cana Fides niveâ circumdata pallâ
It comes, & nullo corpus circumdata amictu
Simplicitas; jungit lateri se maxima rerum
Relligio, atque oculis Pietas venerada benignis;
Hinc exaudiri plausus, vocesque piorum 307.
Delphini adventu lætantum, hymnosque canentum,
Queis pulsata sonum nemora, atque immensa dederunt
Aequora; nec tacuit cælestia gaudia mundus. 310.



ELE-

ELEGIA I.

MEntre Parigi il Delfin morto piange
Insaziabilmente addolorata,
E contro le trè Dee s'adira, e s'ange;
E in mesti lai Persefone spietata 4.
Abbomina, e suo dritto: anch'io, Francesi,
Meno a pianger con voi l'alma affannata;
Che sebben non le cune in Francia io presi, 7.
E dall' Italia siano i fonti miei;
Francia però qual Patria ognor pretesi.
Io nacqui Italian, Franco mi fei; 10.
Quella educommi al primo crescer mio;
Da quella le Dottrine ricevei.
Del Romano parlar quella m'aprìo 13
I paschi, e in Pindo dissetò i desiri;
Né i benefizj suoi tacer poss'io.
Ch'esser non può che fido non aggiri 16.
Quanto ella per me fé, memore il core,
Finché per l'aure andranno i miei respiri.
Come potrò non rompere il dolore 19.
A caso tal! spontaneo il pianto scende,
Se alcun morì dell' etá sua splendore.
Che se virtude oltre il fato trascende 23.
E vinse lete, e fama eterna sciolse;
Qual dolor la memoria non accende!

Co-

ELEGIA I.

DElphini cineres dum magna Lutetia luget,
Insatiabilibus atque madet lacrymis;
Incusatque Trium fatalia pensa sororum,
Juraque inhumanæ tristia Persephones 4.
Exagitat mæstis inter lamenta querelis;
Huc quoque me luctus ferre meos finite,
O Galli; & quamquam haud struxit mihi Gallia cunas, 7.
Italiâ & ducam principium generis;
Attamen ut Patria est semper mihi Gallia culta,
Ortu Italus, Gallus audior ingenio. 10.
Illa fuit nostræ custos, Rectrixque Juventæ,
Illa animum variis artibus erudiit;
Præbuit illa mihi Romanæ pabula linguæ, 13.
Dulcia sanctarum & pocula Pieridum.
In me nec possum illius benefacta tacere,
Muneraque, & quantis juverit officiis; 16.
Pro quibus affirmo fore me memoremque, piumque,
Ibit dum in vacuos spiritus hic Zephiros.
Et potero siccis oculis hæc Funera tanta 19.
Novisse, in nullum & solvere me gemitum?
Sponte sua fletur, cum quis decor occidit ævi,
Et semel extremis palluit inferiis.
Tum propius propiusque animos, & corda dolore 23.
Incendit virtus, siqua sui domitrix
Fati, siqua potest lethen vicisse superstes,
Jam famæ & laudis conscia perpetuæ.

Sic

Così, Delfin, così morte t'involſe, 27.
Di tanti Eroi Borboni inclito Figlio,
Sì la ſpeme ſeconda a Francia tolſe?
O di ſoſtegno a lei fatto periglio! 30.
Così ſul pieno fior di primavera
Dal mondo ammirator rivolgi il ciglio?
E al Ciel ten voli alla tua prima sfera; 34.
Né trattenner dal vol coſtumi ſanti
L'alma d'ogni deſio terreſtre intera?
Né le Tua virtù molta, e non i pianti 37.
Della Tua Madre ſconſolata, ahi laſſa!
Niobe dié mai tanti ſoſpiri, e tanti?
La qual di ſette, e ſette figli caſſa, 40.
Mentre agli ſordi Dei le ſue querele,
Scherno dell' aure, e i van lamenti ammaſſa;
Alla fin vinta dal dolor crudele 43.
Faſſi rigido ſcoglio, ai pianti ſui
Colle cadenti ſtille ancor fedele.
Così pur quando dai cavalli Eoi 45.
Scoſſo Fetonte, e dai fulminei fuochi,
Spenſe nel Pò i fumanti avanzi ſuoi;
Guaſto le Eliadi il crin coi ſoſpir fiochi 48.
Dell' alate ſaette il Vibratore
Accuſavan ſtancando i venti rochi:
Ma non le dure leggi il pio dolore 53.
Infranger puote, e da Plutone avaro
Il fratel non ſi rende alle ſue ſuore.

In

Sic, Delphine, jaces, Franci ſpes altera Regni, 27.
Tot Patribus, tot avis inclyte Borbonicis ?
Quantam ſpem Gallis Mors aſpera circumvenit !
Quale Tibi periit Gallia Præſidium ! 30.
Siccine ſub ſolido vernantis flore Juventæ
Occidis, & procul hinc plauſibus é mediis,
Ques Franca ora dedit, mundus quos ipſe, merenti,
Ad ſupera evadis limina Cælicolum ! 34.
Nec Parcas flexere anni tam puriter acti,
Cordaque non ullis tacta cupidinibus ;
Non tot opes animi, & magnæ ſuſpiria Matris, 37.
Ah! infelix quantas ſolvitur in lacrymas!
Non ſecus ac Niobe crudeli ſaucia luctu,
Et tot natorum exercita funeribus, 40.
Dum queſtus omnes nequicquam effudit in auras,
Nequicquam ſurdis irrita olympicolis
Lamenta, extremoqne riget jam frigida luctu ; 43.
Ah! miſera æternos liquitur in latices.
Aut velut Heliades, dum Fratrem é nubibus altis 45.
Heu! Fratrem perculſum ignibus ætheriis,
Videre Eridani ſub toto gurgite mergi ;
At non jam comptis crinibus Heliades 48.
Lampetie Superos, Superos Phaetuſa, Jovemque
Armatum telo fulminis aligero
Nequicquam incuſant miſeræ, ſuſpiria venti
Vicinis volvunt irrita littoribus ;
Tænario nec lamentis revocatur ab orco, 53.
Nec campis Frater redditur Elyſiis :

Illæ

In rami quelle i bei membri mutaro, 55.
Che colla buccia candida ſtillante
Fan teſtimonio ancor del pianto amaro.
Così la Madre, ah! non più madre, anſante 57.
In lagrime perenni ſi diſtempra;
Delfino, eſclama con voce tremante,
O mia vita, e mia luce, o ſola tempra 59.
Di noje mie nei ſtrepiti di Corte,
O piacer, che dolore or ſol rimembra!
Teco le mie delizie rapì morte, 63.
Teco i miei gaudj, e ogni celeſte dono,
E tutte fur le contentezze aſſorte;
Nè queſta luce à me, né queſte ſono 66.
Aure grate al reſpiro: e mi conſola
Sol, che di Tue virtudi eterno è il ſuono.
Tu viverai con quelle infinche vola
Il ſolar carro, e in lor chiaro ſarai,
I cui ſplendor nulla caligo invola.
Nò non potean le Tue virtù giammai 71.
Nel mondo miſurare il Tuo ſoggiorno;
S'elle il poteano, Te nei mondan guai
Tenuto avrian fino all'eſtremo giorno.



ELE-

Illæ autem arboreis velatæ tempora ramis 55.
Heu! moerent madidis nunc quoque corticibus.
Sic mater, jam non mater, miſero anxia luctu 57.
Abſumit lacrymas lumina in aſſiduas;
Delphine, exclamat, mea lux, mea ſola voluptas, 59.
O animâ mihi dilectior, atque oculis!
Quoi ego conſueram noſtros lenire dolores,
Sollicitasque aulæ fallere dividias.
Tecum deliciæ, Tecum omnia gaudia noſtra 63.
Fracta jacent; Tecum funditus occiderunt
Munera cuncta Deûm; nec quæ nos cumque juvabant,
Nec mihi jam lux hæc, nec mihi grata anima. 66.
Hæc tamen, hæc, Delphine, Tuæ das gaudia Matri,
Quod potis invitâ es vivere Perſephonâ;
Virtutum ſiquidem vivent monumenta Tuarum,
Quæ preſſiſſe dies nulla valet tenebris:
Sique Tuæ par virtuti Tibi vita fuiſſet, 71.
Dilata in ſummum ſint Tua Fata diem.



ELE-

ELEGIA II.

La Contesa delle stelle

SUl Principe Borbon fur gran contese
Nei celesti palagi, e d'albergare
Ciascuna stella il Franco Eroe pretese.
Dall' uno all'altro cardine Polare 4.
Di lui si chiama ognuna albergo degno,
E de titoli suoi vien mostra a fare.
Quì del suo cor la Libra si fà segno, 7.
Cui vizio declinar non mai poteo,
E che promise alla Giustizia il regno.
Là del gran Prence i sacri ardori feo 9.
Star sù di se l'Ara celeste, e disse
Quanto in terra pietà con lui perdèo.
E qual di lui verace idea venisse, 11.
Più candido il suo cor, che intatta neve,
Mostrò Galassia, e come integro visse.
Fosforo immago di sua vita, e il greve 13.
Marte si fa del suo coraggio norma,
E del fulmineo spirto ai moti lieve.
Di tanta speme ognun astro s'informa, 15.
Che dell' ospite nuovo a simiglianza
Il suo talento, e la virtù conforma.
E più d'ogn'altro, è mia tale importanza, 17.
Dice Delfino, e la vittoria è mia;
Non può far vana il nome la speranza.

Ri-

ELEGIA II.

Stellarum certamen.

BOrbonio (nec vana fides) de Principe nuper
Maxima Olympicolis fuit in Domibus.
Gallici in Herois spem sidera decertarunt
Singula utroque Poli cardine ab igniferi. 4.
Quælibet hospitium jactant se dignius illi,
Prætendunt titulos quælibet atque suos.
Hic Libra incoctum generoso pectus honesto 7.
Signat, inaccessum turpibus & vitiis.
Illic Ara sacros testatur Principis ignes, 9.
Quam fuit & priscæ Relligionis amans.
Ipsa refert fuci expertes Via Lactea mores, 11.
Et cor non tactis candidius nivibus.
Lucifer exemplum vitæ; Mars armiger acrem 13.
Fluctibus in belli, fulmineumque animum.
Usque adeo spes docta novo super Hospite cunctis 15.
Se insinuat stellis, ingeniumque facit.
Præ reliquis tamen Heroam sibi vindicat astris 17.
Delphin, Delphinum atque asserit esse suum.

E Con-

Ritorto il collo fulgido venìa 19.
Il Cigno intanto, dal purpureo rostro
Sciogliendo la celeste melodia;
Mentre di là galoppa dal suo chiostro 21.
L'Eroe Gorgonio, e di quà il Cielo quassa
Fuochi sbuffando l'Apollineo mostro.
La face ecco al Delfin Cassiope abbassa, 24.
Gira Trione il plaustro à lui d'intorno,
E a lui la nave Argo curvando passa.
Che se volesse poi sù cocchio adorno 27.
Fermar suo Trono, e l'alta regione
Ir carreggiando per l'eterno giorno;
Ecco in pariglia van Tauro, e Leone, 29.
Ariete, e Capro, e Apollo il freno prende,
Il fren che traggon le stellanti Zone.
Ma già Orion col brando ignudo ascende, 33.
Ed Atlante la clava in mano prese;
Che a nuove pugne oggi ciascun s'attende.
Così di bel tumulto erano accese; 36.
Quando il Gran Padre con ciglio sereno
Chiamò le stelle, e il loro ardor riprese;
Qual superba vaghezza il cor vi ha pieno, 39.
Che il Delfin l'una all' altra invidiate?
Cedete; che di lui ciascuna è meno:
Solo per se ciascun voi non bastate, 43.
Begli astri, alla virtù, che uniti appena.
Appena tutti un degno albergo date.

Beu

Convolat ad pugnam candentia colla retorquens, 19.
Purpureosque ignes Cycnus; at inde ruit
Pegasus, atque vomens nitidos é naribus ignes 21.
Vasta Poli cursu quadrupedante ciet.
Fertur equo Perseus, cælumque umbone fatigat;
Aurea Delphino Cassiopæa faces 24.
Subdit; subjiciunt stellantia plaustra Triones;
Argo suam navim curvat in obsequium.
In currum solium si Princeps vertere malit, 27.
Ætheris & curvi per spatia alta rapi;
Quadrijugum reddunt Aries, Taurusque, Leoque, 29.
Atque Caper, proni colla remissa jugo
Dant omnes, junguntque faces, dant aurea Zonæ
Fræna, atque aurigæ munia Apollo cupit.
Tunc ardens gladium ingentem nudavit Orion; 33.
Instruxit clavâ Cælifer atque manum.
Ergo alias pugnas, majoraque bella parabant,
Fervebat pulchrâ seditione Polus: 36.
Cum Pater omnipotens nutu vocat astra sereno,
Increpat astrorum atque invida dissidia;
Quæ vos insueti speciosa superbia voti, 39.
Quis decertantes vos novus ardor agit?
Parcite, non unum satis est Heroibus astrum;
Plura petit virtus inclyta, plura petit.
Singula quid faciant? si vix satis omnia nostro 43.
Delphino dignum dant simul astra locum.

E 2 Hæc

Ben questo io già previdi; ove vi mena 45.
Il superbo desir? vi basti omai
Di far ciascun ciascuna gloria piena.
Per tutto il Ciel s'accolmino i suoi rai; 48.
Egli sopra trasvoli all'Emispero,
Egli presso a me venga; io lo bramai.
E tu, gran Genio, che l'eterno impero 51.
Della Francia governi, all'ondeggiante
Di lagrime sua Corte, or vá leggiero;
Dille, che speri averlo ognor vegliante, 55.
Qual saria stato nel corporeo velo,
Ch'anzi potente più, e ancor più amante
Meglio il suo regno reggerà dal Cielo.



SO-

Hæc dudum me cura manet; cur tenditis ultra? 45.
Uni sat vestrum cuique referre decus
Delphini: quovis niteant in sidere dotes
Herois, cumulent atria cælicolum. 48.
Ipse autem post se stellas, cælumque relinquens
Supremo accedat proximus ipse Jovi.
Tuque, o, cui vasti custodia credita Regni, 51.
Res Francûm æterno qui regis imperio,
Sollicitæ magni de funere Principi aulæ
Id velox propera, magne, referre, Geni:
Dic sibi adhuc vigilem speret, cæloque potentem, 55.
Et melius Gallis consulere inde suis.

SONETTO I.

Qual sì diversa terra il Ciel circonda,
Che dell' Eroe Borbone oggi non gema?
Piange Rodan, Garonna, e per l'estrema
Ripa la Senna lagrimando inonda.

Vè, qual si danni il Beti a feral fronda;
L'auree chiome abbrunate il Tago prema;
Schelda, Vistola, e il Ren dall'antro frema;
E l'Istro a pianger segga in sulla sponda.

Ma il Tebro ancor come dolente plori,
Getti l'urna di man, con unghia acuta
Stracciando il volto, ed i pendenti allori.

Per sì discordi genj un duol profondo
Pur concorde ogni terra oggi tributa:
Così gli Eroi Borboni adora il mondo.



EPIGRAMMA I.

QUænam diverſo ſubmota eſt cardine Tellus,
Quæ non fata gemat triſtia Borbonii?

Flet Rhodanus, ſtat moeſtus Arar, triſtisque Garumna,
Intumet eſfluſis Sequana de lacrymis.

Funereâ Boetis damnat ſua tempora taxo,
Et Tagus atratum condit in amne caput;

Ingemuit heu! toto lacrymoſus Rhenus ab antro,
Et lugent Scaldis, Viſtula, Danubius.

Ipſe manu vitream Tyberis quoque dejicit urnam,
Ipſe ſibi virides ſcindit & ungue genas.

Flet Regio diſcors lacrymis concordibus, eccur?
Borbonidum Heroas Natio quæque gemit.



EPI-

SONETTO II.

DEll' inclito Delfin poichè rescisse
I dì contratti da immatura sorte;
Sul muto corpo esangue i lumi affisse,
E potè impietosir la fera Morte.

Ah! non io son la rea; perdona, disse,
Alla Tua virtù stessa, e all' alma forte,
Perdona, o glorioso, a quel che visse
Lunghissima stagione in ore corte.

Sol quindi il grande errore è in me caduto;
Numerai le virtù, le chiare imprese,
E ti credei d' annosa età canuto.

Non io, ma il Tuo valor proprio ti offese
Non pari ai dì: mio fù lo strale acuto,
Ma per sola Tua colpa in Te discese.



EPI-

EPIGRAMMA II.

VErſaliâ in magnâ mutum, & ſine ſanguine corpus
Delphini fera Mors vidit, & indoluit.

Indoluit rupiſſe brevis fila aurea vitæ,
Necdum maturâ diſſoluiſſe die.

Parce tot egregiis animi virtutibus, inquit,
Parce tot & factis, inclyte, parce Tibi.

Namque ego quid peccem? virtutes, claraque geſta
Supputo, & annoſum te reor eſſe ſenem:

Sic Tua Te laeſit virtus maturior ævo;
Eſtque meum vulnus, culpa ſed ipſa Tua eſt.




SONETTO III.

MEntre tardava i corsi ambiziosi
La Senna in molle speco, alto fragore
Rompendo ecco improviso i suoi riposi,
Che mai fù? disse, e posto il capo fuore

Girò d'intorno i lumi rugiadosi,
E vide (ahi fera vista, ahi qual tremore
Tutti le ricercò gli fondi algosi)
Vide giacer di gioventù nel fiore

Morto il Delfino, e distemprossi in pianto,
E in rauco suon parlò con mesti lai,
Ravvoltasi entro all' umido suo manto,

D'altri Borboni il fato io lamentai
Sul fior recisi, ma il dolor mio tanto
Tanto giusta cagion non ebbe mai.



SO-

EPIGRAMMA III.

SEquana dum molli cubat ambitiosus in antro,
Rumpitur en subito lenta quies strepitu.

Extulit amne caput, rorantia lumina versat
Huc illuc, totis unda tremit lacubus.

Borbonidum spem Delphinum florente juventâ,
Francorumque decus fata obiisse videt.

Liquitur in lacrymas, fatusque hæc carmine rauco
Indignabundus mergitur inter aquas;

Borbonides alios flevi sub flore recisos;
Causa tamen nunquam justior ulla fuit.




SONETTO IV.

VIsse innocente del gran Padre al Regno,
Fù pio, fù giusto, e di Real candore
Questi, che uscito di sei Lustri il segno
Morì speme alla Francia, al mondo onore.

Lo dicono i sospir, lo dice il degno
Pianto dei Buon, fra i quali era il migliore;
Lo dicon quelle, che il sperar sostegno,
Genti commosse a publico dolore.

Vide il mondo, qual sia d'empietà mostro;
E increbbe a lui di tante noje, e stenti,
Che accumula infinite il secol nostro.

Tornato allor fra gli astri suoi lucenti
L'alma ripose nel celeste chiostro,
E nacque à se, morendo alle sue Genti.



SO-

EPIGRAMM IV.

IN magno Patris imperio quam vixerit infons,
Quamque incredibili Relligione pius,

Qui modo vix fexti egreffus veftigia luftri
Spes bona Gallorum, Flofculus orbis erat;

Teftantur gemitus paffim, lacrymæque Bonorum,
Inque ipfo populi publicus ore dolor.

Flagitia ille hominum, & fcelera importuna perofus,
Et mifera innumeris fæcula nominibus,

Debuit ad fuperos tum primum, atque aftra reverti;
Nec fibi, fed populis occidit ille fuis.



EPI

MADRIGALE.

Quei, che Luigi della Francia amore,
Figlio Delfin d'ogni gran dote ornato;
Quei, che Maria della Polonia onore,
Figlio Delfin d'ogni virtù formato,
Dier speranza alla Francia; innanzi l'ore
Ecco morì! Sotto sì acerbo fato
Nella terra noi vivi or che restiamo?
Nella terra alcun bene aver crediamo?



EPIGRAMMA V.

Gallorum vox.

QUem Lodoicus amor Francorum, quemque Maria
Magna Poloniacæ gloria, honosque Domus,

Innumeris Delphinum ambo virtutibus auctum
Spem Gallis fuerant se genuisse rati;

Ante diem extinctus cecidit; nos vivimus? inque hâc
Hâc aliquid vitâ credimus esse boni?



EPI.

EPIGRAMMA VI.

AH fuit! hoc unum ferali murmure carmen,
Ah fuit! hunc leſſum Gallia tota ſonat.
Ah fuit! at quantus fuit, haud eſt dicere noſtrum,
Sat dicunt lacrymæ, Rex Ludovice, Tuæ.

EPIGRAM: VII.

DElphinum amiſſum quereris quid Gallia tota,
Et fluis in leſſos, & fluis in lacrymas?
Quem gemis extinctum, vivit jam duplice vitâ,
Laude ſuper terris, ſpiritu apud ſuperos.

EPIGRAM: VIII.

GAllia tota gemit, vitam trahere atque recuſans
Languet, & eſſe ſuas has putat exequias,

EPIGRAM: IX.


EHeu! quod nomen Gallis, Delphine, relinquis
Dulce Tui, quæ ſpes, Te pereunte, perit!
Tu Gallis decus omne Tuis, Tu ſidus amicum
Relligionis eras, grandeque præſidium.
Nunc moriens Regni excidium funusque videris,
Relligio in Te uno & ſancta ſepulta jacet.

HEN-

EPITRE
A SON EXCELLENCE
MONSEIGNEUR
ANGE DURINI

ARCHEVEQUE D'ANCYRE, NONCE APOSTOLIQUE AUPRES DU ROI, ET DE LA REPUBLIQUE DE POLOGNE.

EN LUI PRESENTANT LA TRADUCTION DE QUELQUES POESIES LATINES COMPOSEES PAR SON EXCELLENCE, SUR LA MORT DE LA REINE DE FRANCE.



PAR LE Sr. DUSAUSOIR BIBLIOTHECAIRE ADJOINT, ET L'UN DES MAITRES DE L' ACADEMIE DES CADETS NOBLES DU ROI, ET DE LA REPUBLIQUE.



Monſeigneur.

Pardonerés vous, Si ma Faible plume vous trace aujourdhui la reconnoiſſance que vous doivent les Français qui ſe trouvent dans cette Capitale; Vous avés daigné les conſoler Sur le malheur qui vient d'affliger leur Patrie. Que ne puis-je vous peindre les Sentimens dont ils ſont animés! Quoi-que je ſois, ſans doute, le moins capable de vous porter leurs remerciemens, j' aurai du moins la véritable Satisfaction d'avoir oſé le faire. Un de mes amis aura, je crois eû l'honneur de dire à Vôtre Excellence, que j'avois pouſsée plus loin mon Audace. J'ai pris la

liberté de traduire trois de vos Sublimes penſées. J'ai encore l'indiſcretion d'y ajoutter une ode; De grace, Monſeigneur, ne me jugés pas par comparaiſon, je ſerois anéanti.

O Miniſtre éclairè ? Gloire de l'Jtalie
Dont les nobles accens honorent ma Patrie;
Digne appui des vertus que tu nous Fais aimer,
Pardonne ſi mon coeur aſpire à te loüer !
Mon Projet, Je le ſais, paraîtra téméraire,
Je ſuis audacieux ! mais je voudrais te plaire.
Et ma prétention doit Seule m' éxcuſer,
Si quelque eſprit méchant cherchoit à me blamer.
Mon coeur eſt animé par la reconnoïſſance !
Du coup dont le deſtin vient de Frapper la France,
Ce coeur pur & François que tu sûs ranimer
A ſa vive douleur étoit prêt de ceder.
Par les efforts heureux de ta plume Fidelle
En pleurant LESZCZYNSKA, tu la rens immortelle.
Qu'il eſt Beau de te voir par des voeux Solemnels,
De tes pleurs précieux arroſer les Autels !

Grand

Grand Dieu! Dont les vertus sont le plus bel ouvrage,
Tu formas DURINI pour t'en offrir l'hommage!
Et l'encens des mortels, à ton Temple porté,
Devient plus pur encor par ses mains présenté.
Que ne puis-je exprimer ce que mon coeur m'inspire!
En ce jour, Comme toi, si je savois ecrire,
Ton nom, cher aux Français, brilleroit dans mes vers,
De tes rares vertus J'instruirois l'Univers.
Mais je n'ai que du zele, & connais ma Faiblesse;
Je crains d'être ébloui par le feu de l'yvresse;
Je ne veux qu'admirer: Où pour te chanter mieux
DURINI, prête moi tes Sons harmonieux.

Daignés recevoir ce sincere hommage du très-profond respect, avec lequel J'ai l'honneur d'être,

MONSEIGNEUR,

DE VOTRE EXCELLENCE,

A Varsovie
Le, 30 Août
1768.

Letrès humble, Et très Obeissant
Serviteur
DUSAUSOIR

Jn

Jn Obitum
MARIÆ GALLIARUM REGINÆ

GAlli plangite, Plangite & Poloni
Et mecum poſitis jocis tepentem,
Luctum fundite amariorem.
Regina illa & honos decusque veſtrum
Suarum decus illa Galliarum
Regina heu miſerum relliquit orbem;
Atque illa moriente concidere
Relligio & pietas, honosque Sanctus.
O? lethi aſpera jura lexque! Saltem
Hoc non mille tuos tot inter auſus
Debuit placuiſſe mors tibi; heu Mors!
Tu Sæcli omne decus peroſa noſtri
Lumen deliciasque gratiasque
Crudeli accelerans manu abſtuliſti.
Galli plangite; Plangite & Poloni!

Jn


Sur la Mort
DE MARIE REINE DE FRANCE.

FRançais laissés couler vos larmes !
Polonais exprimés vos allarmes !
Que tout annonce Vôtre Deüil !
MARIE est pour jamais dans la nuit du Cercüeil !

Cette Reine des Siens la plus chere esperance ,
Epouse de LOUIS, & l'amour de la France,
N'habite plus le terrestre Séjour !
Du Souverain des Rois elle augmente la Cour.
De la Religion Colomne inébranlable ,
Sur son front couronné la vertu respectable
Imprimoit tous ses traits. Déplorés Votre Sort
Religion, Vertu ! L'impitoyable mort
A tranché le cours de Sa vie.
O Mort ! Quelle est donc ta furie ?
Pourquoi nous enlever notre bien le plus doux ?
Notre Reine n'est plus ! . . . . tout est perdu pour nous !

Français laissés couler vos larmes !
Polonais exprimés vos allarmes !
Que tout annonce Votre Deüil !
MARIE est pour jamais dans la nuit du cercueil.

Sur



Jn Eamdem.

Cœlicolum dic fida Cohors dilecta Tonanti,
Reddita dum Superum Sedibus eſt MARIA,
Quæ fulſit nova lux ? nam qui nos luctus obumbrat
Et patet, & ſonitu Sidera celſa ferit.

Jn Eamdem.

Dum magna Ætherias domos MARIA
Perluſtras rutilans nitore multo,
Hic lugens Pietas, honosque ſanctus,
Pura & Relligio tuo ferentes
Adſiſtunt cineri ſuprema dona.
Tota heu Gallia, tota Roma, tota
Tellus Sarmatia, heu jacent amaro
Concuſſæ gemitu tuo receſſu.

Sur

Sur le même Sujet.

Habitans du Séjour ou regne l'Eternel,
O vous qui joüissés d'un bonheur immortel!
Qui daignés quelquefois au maitre du tonnerre
Porter le pur encens qu'offre une ame Sincere!
LESZCZYNSKA dela Françe & la gloire,& l'amour
habite maintenant le Celeste Séjour.
De Cet astre nouveau Vous voyés la lumiere,
Et pour en jouir Seuls, Vous en privés laterre!
Entendés! repetés Ce que pensent nos coeurs,
O Cieux! retentissés de Nos vives douleurs!

Sur le même Sujet.


Tandis que LESZCZYNSKA Reine auguste & ché-
Soutien des malheureux, mere de la Patrie, (rie,
Du Sejour des mortels vole habiter les Cieux
Chaque temple est l'Echo de nos Sinceres voeux.
Les yeux baignés de pleurs la Pieté modeste,
D'un cœur qui l'adoroit vient contempler le reste;
Tout respecte Sa cendre! & l'honneur, & l'amour,
Au tour de Son tombeau vont fixer leur Séjour.
Et la Religion dont la divine Flamme
De Ses Feux bienfaisans embrasoit Sa belle ame,
Aux pieds des Saints autels d'un air majestueux
Offre au Maitre des Rois des dons respectueux.
Toutte la France en pleurs, & Rome gémissante
La Pologne, où jadis Cette etoile naissante
Brilloit du doux eclat qu'annoncent les vertus,
Disent en Soupirant, hélas!... Elle nést plus.

ODE

Sur le même Sujet.




DEs Rives de la Seine, aux bords de la Vistule.
Dieux ! Quel nuage affreux tout à coup s'accumule!
Quels lugubres accens ?
Le Soleil Pâlissant refuse Sa lumiere,
Et la nature entiere
Jette dans mon esprit de noirs pressentimens.



Je vois l'avide Mort lever Sa main Sanglante,
Je vois dans Ses regards la Fureur menacante
Qui prépare Ses traits !
A mon oëil effrayé Se présente une tombe
Et la Vertu Succombe ! . . . .
De tes injustes coups, Mort, Suspens les effets ?

Die

Dieux! quels torrents de pleurs! quels Sont ces cris funébres ?
Les cieux sont obscurcis par d'épaisses ténèbres,
J'entens, elle n'est plus ! . . . .
Pourquoi termines tu, Mort trop audacieuse,
Sa Course glorieuse ?
Ne doit tu pas frémir à l'aspect des vertus !




Tu ne m'ecoutes pas, & ta faux meurtriere
Veut ôter à LOUIS, une épouse Si chere !
Ose donc la frapper !
O Mort ! Malgré l'excès de ta rage cruelle
MARIE est immortelle ;
Soumise au Roi des Rois, Elle sait te braver.

Suspendés vos regrets, & tarissés vos larmes ;
Bannissés loin de vous de Frivoles allarmes !
Du Séjour éternel

Vo-

Votre Reine à jamais va vous servir de mere.
Exemple de la terre,
Son Epoux aux Français ouvre un coeur paternel.



Ce Monarque adoré que tout lemonde admire,
Lui qui par ses vertus affermit Son empire ,
Sait voiler sa douleur.
Et Cet Auguste Roi qu'un tel coup desespère ;
En vous montrant un pere ,
Lui même vous apprend à souffrir ce malheur



O Toi ! que l'Univers a justement cherie,
Qui jouis maintenant d'une éternelle Vie ;
Entens nos tendres voeux !
Dans le Sein du bonheur dont tu gouttes les charmes,
Obtiens que sans allarmes
Ton époux désormais, passe des jours heureux.



AD FRANCISCUM
DE
ROCHECHOUART
CARDINALEM CREATUM.



FRANCISCO CARDINALI
RUPICHOARTO
ANGELUS DURINI
S. P. D.

Non arbitror expectari a me, ut pluribus Tibi verbis ostendam, FRANCISCE RUPICHOARTE, Præsul, atque Orator amplissime, quantam, Te Cardinale creato, voluptatem, & gaudium acceperim. Sicuti enim in Tui cultu ac veneratione nemini concedo, ita effusissimâ gestientis animi gratulatione vix quemquam parem

habeo. Multæ autem ſunt causæ, quibus Tibi gratulari debeo, quod in Cardinalium Collegium incredibili totius Ordinis conſenſu ſis cooptatus; in quibus illæ ſunt longe majores, videlicet publicæ, quæ, quo privatis antecellunt, eo etiam vehementius debent ad gaudendum impellere. Quanta Eccleſiæ univerſæ ex Tuâ iſtâ Dignitate facta eſt acceſſio honoris, & commodi! Quantum decoris, atque ſplendoris incrementum! Nam virtutis Tuæ lumen celſiſſimo in loco poſitum ſuos toto Orbe terrarum radios longe lateque diffundet. Quid dicam de Tuâ præſtanti eruditione, de ſingulari prudentiâ, longoque rerum maximarum uſu? Quid de animo illo Tuo non laborioſo faſtu, ſed ſimplici cultu magno? Non tam igitur Tibi, quam Eccleſiæ, & ſæculo gratulamur, parum Superis viſum eſſe Te Præſulum ſummum, niſi etiam eſſes Purpuratorum. Publicis hiſce, & gravioribus cauſis accedunt propriæ, ac domeſticæ rationes, quæ me hominem memorem, & gratum ad lætandum maxime impellunt. Nam & ſingularibus, & maximis abs Te officiis ſum adjutus; animo præterea adeo liberali, ac propenſo, ut quidquid abs Te in me ornando profectum eſt, jucundiſſimum mihi, atque honorificentiſſimum eſſe debeat.

Tu

Tu mihi quodcumque hoc regni, Tu Sceptra Jovemque conciliasti. Te propugnatore, atque adeo auctore veni in hunc locum: Tibi me ipsum, & mea omnia debere intelligo. Cum enim ab omnibus desererer, ab Æmulis etiam oppugnarer, ita a Te sum defensus, ut effluere ex animo non possit magnitudo beneficii Tui: quo quidem effecisti, ut nunc nimis peccarem ingratus, si Te Purpureo donatum Galero penitus indonatum adirem. Verum, quod ad me attinet, in dono rependendo inopiam meam non diffiteor, cum optime sciam, abunde eam obsequio voluntatis, & constantiâ compensari. Poetæ nescio cujus illa vox est,

Semper inops, quicumque cupit;

Verius; inopem non esse qui plura cupit, si præstare plura non possit. Utcumque tamen se res habeat, ad Musas

Quarum sacra fero ingenti perculsus amore,

confugi; quibus nescio an bene juvantibus, Panegyricum hoc Carmen, Nemoris Ipse Parrhasii Pastor Tibi præclarissimo animarum Pastori pro tempore lusi; ratus nimirum nihil omnino magis dignitati consentaneum offerri posse: Quandoquidem persæpe, Musis ipsis narrantibus, accepi, Deos etiam immortales carminibus magis, quam thure

thure, & gemmis delectari ſolitos, ad quorum naturam Tu, amabiliſſime Cardinalis, cum multis aliis virtutibus, tum vero benignitate uno omnium ore proxime accedere prædicaris. Accipe igitur quidquid eſt Durini Tui muneris,

In quo ſi Latios erit haud reperiſſe lepores,
Auguſtos Veterum nec reperiſſe ſales;
At Tibi comperies devinctæ pignora mentis,
Devoti invenies pectoris obſequia.

Hac unâ laude contentus ſum. Quotusquisque enim eſt, qui apud Te non periclitetur de exiſtimatione ingenii, ſi illud ex Tui perſpicaciâ metiaris? ſed enī tutū me præſtat a ſummo Tuo ingenio ſumma Tua indulgentia, & benignitas ſingularis. In illâ tutelâ lubens acquieſco, & confido, Te munus meum æſtimaturum non ex pretio, quod, quam ſit exiguum, ſentio, ſed ex meâ erga Te obſervantiâ, quam maximam eſſe, & nunquam interituram credas velim. Vale, meque Tuo Patrocinio fovere perge, qui Te colere, Teque intueri unum præcipue glorior. Melitæ V. Jdus Januar. 1762.

REPONCE DE S. E. LE CARDINAL DE ROCHECHOUART.

Mr. l'Abbè de Malide m'a remis, mon cher seigneur, les vers, que vous avez fait à ma louange. Je les ai lûs avec le plus grand plaisir, quoique j'en fus l'objet. Je ne leurs reproche, que d'être trop beaux; ils sont plus votre éloge, que le mien: on ne peut penser qu' à vous en les lisant; ce feu digne des anciens modeles, & ce sentiment digne d'un coeur, comme le votre, & dont on voit peu d'exemples. Je me scai gré de vous avoir servi á deploier les qualités de l' esprit, & du coeur, qui m'ont uni à vous par des liens indissolubles. Puissai-je un jour contribuer á vous mettre à portée de les faire briller sur un Theatre plus digne de vous. Je vous embrasse de tout mon cœur, & vous suis bien fidellement, & bien inviolablement attaché.

TRA.



TRADUZIONE
DELL' ABBATE ALESSANDRO DE SANCTIS.

Diva, che al suon de' carmi, hai sola il vanto
Di trar gli Eroi dal cieco oblìo Letéo,
E a vol portarli della Fama accanto
Ovunque giunge lo splendor Febéo;
Sia ch'or la Cetra in Ciel ne accordi al canto,
O che il furor ne bei dal Fonte Ascréo,
Deh vien battendo le sonore piume,
Vieni, e riempi me del tuo gran Nume.
Se è ver che il primo pensier tuo s'aggira 6.
Sui Vati, e Febo le poetiche armi
A' prieghi porge ognor, nè si ritira,
Che in noi la sua Faretra non disarmi;

Deh



JN FRANCISCUM RUPICHOARTUM CARDINALEM CREATUM
CARMEN.

Diva potens plectri, Cæli quæ in templa reponis
Semotas fatis animas popularibus, alta
Seu te nunc Divûm Domus accipit, aut Parnassi
Mons, ubi Gorgoneos in carmina combibis amnes,
Remigio alarum celeres invecta per auras
Huc, quæso, succede; sumus non ultima cura 6.
Si tua fatidici Vates, si Hyanteæ Aganippes
Numina quid possunt, auditque vocatus Apollo;
Atque agedum inspira magnam mihi mentem animumque,
Languentemque Lyram, desuetaque barbita dudum
Ad numeros animare novos, cantusque ciere
Ne pigeat: neque enim vulgo exaudita prophano

I Car-

Deh vieni, e in me gran cuor gran mente inspira,
Sveglia l'inerte cetra, e a nuovi carmi
Le già divezze corde omai riscuoti,
Carmi divini al profan vulgo ignoti.
Esser più mie non deon le voci altere ; 13.
Io di me già m'oblio; furor m'assale,
Che frenar dammi il Volator Destriere,
E ir tutto entro il divin Fonte immortale :
O Nume, o Nume, ecc'or le mie preghiere
Ascolti, al dorso ecc'or m'impenni l'ale,
Già bianco Cigno io son, già il mar trasvolo,
Veggo l'Ausonie rive, e il Roman suolo.
Oh qual di liete grida odo quì intorno, 25.
E di frementi plausi all'aer vano
Alto fragor partirsi, e far ritorno
Dai Sette Colli al lido più lontano!
Ben dee sonar la Tromba in sì bel giorno ;
Vè tutto scosso il suol, mira Vulcano,
Che agl'imitati fulmini ne accorda
Il tuon dei cavi bronzi, e il Polo assorda.
Ecco il bramato dì : più bella aurora 34.
Non mai mostrò dal Gange i lumi santi:
Godine, o Musa, e vien senza dimora
Cinta d'eterno alloro i crini erranti ;
Tu guida i Cori, ond'oggi Roma onora,
E Francia il Figlio suo ; mentre i miei canti
Fra i Cigni Arcadi unisco, e sono anch'io
Domator della Morte, e dell'Oblio.

Carmina sunt dicenda; decet jam non mea verba 13.
Jactare, oblitumque mei juvat ire per Urbem
Ausoniam, dorsoque insistere Bellerophontis.
Ergo adsis, facilisque juves, penitusque repostos
Da sancti roris latices, da pocula Clario
Plena Deo: Deus ecce, Deus mea vota, precesque
Accipit, inque album volucrem jam mutor, & alæ
Per digitos humerosque leves nascuntur; in Arces
Ausonias feror, & Romana Palatia cerno,
Egregiasque olim cultu, spoliisque superbas
Pyramidas populorum, auctosque insignibus Arcus,
Balneaque, & Thermas, & vulgi gaudia Circos;
Audioque Aeneadum strepitus, fremitusque secundos, 25.
Et studia, & motus, populique faventis amores.
Nunc decuit sonuisse tubâ, cum littora Tibris
Ingeminant plausum, festo clamore resultant
Cum septemgemini Colles, magnoque fragore
Dissiliunt convexa Poli, lateque per Urbem
Fulminei jactus, cavaque æra tonantia flammis
Attonitum læto Cælum clangore salutant,
Et fremitu tecta alta quatit Vulcanus aheno.
En sperata dies, pelago quâ pulchrior unquam 34.
Nulla tulit radios: Lucem tu, Diva, beatam,
Calliope, venerare, triumphalique coronâ
Cæsariem religata, aureâ procedere pallâ,
Teque juvet miscere choris, quos Romula tellus,
Gallica quos Magno magnos instaurat Alumno.
Nunc ego, qui Arcadicos possim inter me quoque Vates

Non guerre io canto, e non le pugne fere, 42.
Che han fatto il Ren di ſangue atro torrente;
Non l' Oder, che di rotte aſte, e bandiere
La veloce onda ſua carcò ſovente;
Non Daun indugiator, non in guerriere
Nuove arti Federico acre, e potente;
Non Broglio ognora invitto, e glorioſo,
Nè qual Eroe fù mai più bellicoſo:
Ma canto i ſacri Faſci, e il fulgid'oſtro, 50.
E del Manto immortal gl'incliti fregi,
Sovrano onor di pace al ſecol noſtro,
Che pari eſſer ne fà co'ſommi Regi:
Te, Rochechouart, io canto; oh d'altro inchioſtro
Degno, è ver; ma ſe fede a Tuoi gran pregi
Puon far mie rime alcuna, andrà il Tuo grido
Chiaro al Tebro, alla Senna, e ad ogni lido.
Deh così Clio mi deſſe ogni tua vera 56.
Lode ridir! non me la Grecia iſteſſa
Vinto faria da Lui, cui ſol l'altera
Tromba d'Apollo fù a ſonar conceſſa.
Ma chi ſarà, che a mezzo la carriera
Reſtar non debba colla lena oppreſſa,
Se tali ſon le lodi tue divine,
Che miſura non han, non han confine.
Pur gioverà il tentare, e meglio ſia 64.
Sotto il peſo cader, che nell' indegno
Silenzio laſciar Te, inclita mia
Gloria, e decoro, e ſaldo mio ſoſtegno.

Deh

Tollere humo, & turpi nomen ſubducere letho;
Non acies, non bella cano pugnata ſub altâ 42.
Dresdâ, non multo ſpumantem ſanguine Rhenum,
Atque Oderam ruptos volventem fluctibus enſes,
Non cunctatorem Daunum, non Fridericum
Conſilioque, manuque potentem, qui nova Marti
Omina & ignotas bellandi comperit artes,
Aut Brolium nullâ Martis non parte timendum,
Totque alias bellorum animas, & neſcia frangi
Pectora: ſed faſces ſacros, ſed ſuave micantem 50.
Oſtri aciem, & rubri decus immortale Galeri;
At Te, Magne, cano, majori digne Camœnâ
Rupichoarte, mea & ſi quidquam carmina poſſunt,
Quâ Tyberis, quâque & Rhodani ſunt nomina nota,
Tu pariter toto cantaberis Inclyte Mundo.
O tantum Muſæ faveant, Tua dicere quantum 56.
Facta ſat eſt, laudesque Tuas longo ordine famæ
Commendare! haud me dicat vel Græcia victum
Mæonide, plectrum licet olli Delius ipſe
Tradidit, & ſoli dedit ore ſonare rotundo;
Quamquàm animus ſupra ſe audet, promittere finem
Neve poteſt ullum, ſpatia infinita Tuarum
Dum Tibi noſter equus tentat decurrere laudum.
Sed tentaſſe juvat, tanto ſub pondere præſtat 64.
Succubuiſſe magis, quam Te, Rupchoarte, ſilere,
Grande decus, rerum tutela, ſalusque mearum,
Pieridum cui jure omnes debentur honores:
Præcipue cum sueta mihi mendacia Vatum

Finge-

Deh sol presente il favor tuo mi sia;
Ch'io non di fole ho d'uopo; al ver m'attegno;
E invan si morda poi dal tristo seno
Spargendo Invidia l'infernal veleno.
Tu oblia per poco il glorioso onore; 71.
Nè vil ti sembri un don, ch'offre il fedele
Ossequio del mio petto, e quell' amore,
Ch'ora a miei labbri inspira le loquele.
Altri pur Te da bronzi, e marmi fuore
Spirar faran, faran vivere in tele:
Io non così; che di ritrar son vago
Del volto nò, dell' anima l'immago.
La pietade, il candor, la fede antica, 81.
La lingua che al cor mai non fà contrasto,
La gravità di lieti scherzi amica,
Maestà di volto senza orgoglio, e fasto,
Prontezza di corrivo ardor nemica,
Il senno, la dottrina, e il saper vasto,
Quest io nell immortal Tempio di Gloria
Ritraggo a instinguibile memoria.

E già tre volte il lucido Emispero 89.
Tonò; già scosso dai chiostri beati
D'amico lume ardente uscì leggiero
Folgor, che torce dai cammini usati.
Ecco tu m'apri il Ciel, m'apri il sentiero
Al sommo Olimpo, e al seggio alto de' Fati;

Si

Fingere non sit opus; sat verum promere tantum,
Audeat haud ullis quod livor capere verbis.
Jam mihi quandoquidem tu es carmen, lætior ausis 71.
Annue, neu celsum pigeat demittere culmen,
Te & Mœcenatem ad parva hæc descendere magnum
Munera, quæ Tibi nota fides animi, devotaque solvunt
Pectoris obsequia, & famulantis sensus amoris.
Æra tuos alii ducent spirantia vultus,
Teque & Apellæis tabulis vixisse jubebunt;
At nostro simulacrum ingens de carmine stabis
Non auro insignis solidoque nitens elephanto,
Non alio, externus faciat quem splendor, honore,
Sed pietas, sed prisca fides, concordia linguæ 81.
Et cordis, sed tincta jocis, & seria ludis
Alternans gravitas, majestas inclyta vultus
Nil fastus inflata, oculo haud porrecta superbo,
Sed placida, & lenis; sed masculus indolis ardor,
Doctrinæque vigor, locuplesque peritia rerum,
Subtilisque acies, & vis matura regendi
Ornabunt, referetque tuo Te Musa colore.

Et jam ter Coeli Genitor de parte serenâ 89.
Intonuit, radiisque ardentem lucis amicæ
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere flammam,
Et superum convexa patent, atque arduus axis
Usque ad Fatorum sedem, celsissima Coeli

Li-

Sì vengo, o diva Fiamma, ove m'è duce
Il santo raggio di tua bella luce.
Per calli senza traccia in guisa strana 96.
Torti, e intricati vassi al bel Palaggio:
Diva presiede, che regge sovrana
Il Cielo, i mari, ed il mortal legnaggio;
Sulle pareti ogni vicenda umana
Scrive Ella quì con indefesso raggio;
E il sacro limitar che nessun passi
A guardar sulle porte attenta stassi.
Io varco già senza ritardo, e sono 105.
Dove la bella Dea de' Fati impera;
La ravviso al sogliar, sebbene il dono
Un vel mi nega di sua vista intera;
M'innanima Ella già col dolce suono,
Sù via coraggio all'opera primiera,
Entra; sò che de' Dei col nume vieni,
Leggi di Rochechouart i destin pieni.
Detto così della serrata porta 117.
Con suon tremendo i cardini disserra;
Si scosse il Polo; ed Ella mi conforta
Tra i bui sentieri, e per la man mi afferra;
Segna la via dei laberinti, e scorta

Fam-

Limina, dantque viam: sequar, & qua ducis, amica
Flamma, adsum, sanctamque viam, signataque tecta,
Te duce, jam subeo; per cœcos semita calles 96.
Sit licet, ancipitesque aditus, penitusque viarum
Confusâ serie irremeabilis implicet error.
Diva loci Præses, cujus sub legibus æther,
Æquoraque, & vasti longe latera ultima Mundi,
Et mortale jacet mundo genus: ipsa futuros
Parietibus casus hominum, atque abscondita rerum
Cœlat ibi radio; rutilum neu limen adire
Quisquam ausit, bifores observat sedula postes.
Nec mora; Fatidicæ, Flammâ duce, & auspice, Divæ 105.
Regna peto, & cœcæ me sisto in limine sedis.
Vestibulum ante ipsum, primoque in poste potentem
Fatorum Divam agnosco: velamen inumbrat
Nexile contuitus Divæ, cupidosque retardat
Virginis aspectus, & luminis eripit usum.
Tum prior illa mihi tali sermone timorem
Lenit; macte animis, esto nunc pectore firmo,
Nunc virtute opus est; non tu sine Numine Divûm
Huc venis, & scimus, quæ te isthuc digna cupido
Jmpulerit; dabitur Rupchoarti fata tueri:
En age fatidicis succede penatibus hospes.
Sic fata æratos impulso cardine postes 117.
Cum sonitu, magnoquo polos quassante fragore
Præpandens obnixa humeris penetrale recludit,
Anfractusque omnes, & inexplicitos labyrinthos
Edocet, & quâ sit tuto regione petenda,

K Ru-

Fammi dove gli arcan la Reggia serra:
Così affidato io spingo i passi lieti,
E affiso l'avid'occhio alle pareti.
Quì l'ordine dei Fati, e delle cose 126.
L'invariabil serie è quì descritta;
Bronzo le serba, e saldo ferro ascose,
Che d'anni, o fuoco non teme sconfitta.
Jo leggo già dell'opre tue famose
La serie in adamante eterno scritta;
Or quì m'odi, Signor, che i fati tuoi
Svelo ad esempio dei futuri Eroi.
Quando al volger degli anni uscì quell'ora 134.
Che al dì tu apristi i pargoletti lumi,
Oh in che grave pensier li Fati allora
Occupavi tu sol, tu solo i Numi!
Intorno a te star li vegg'io tuttora
Consigliando sui genj, e sui costumi;
E venir veggio alla tua cura intente
Le Dee Rettrici dell'umana gente.
Queste incamminan fin dal primo istante 140:
L'uom nato al corso delle sue fatiche:
Altri arme tratta, e sù destrier spumante
Audace affronta le squadre nemiche:
Altri le leggi trae di pace amante
Dalle tenébre, e dalle frodi antiche,
Regge i costumi, e per l'età futura
I providi consigli ognor matura.
E alcun, cui di saper bel fuoco accende, 147.
Sui

Rupchoarti arcanas quę continet aula figuras.
Ergo ego confisus verbis, & numine Divæ
Jnfero me tectis, & quâ data semita ducit,
Sollicito propero Rupchoarti ad limina gressu.
Jllic ingentes tabulas, ingentia cerno 126.
Signa, tamen nostris haudquaquam expressa metallis,
Sed congesta operi gemmarum segmina, quæ non
Jmmensa annorum series, nec magna tonantis
Dextra Jovis fregisse queat, compagibus hærent
Arctis usque adeo. Jllic sculpta adamante perenni,
Rupichoarte, lego tua fata, animoque notare,
Atque referre juvat, venienti & tradere Famæ.
Ergo ubi magna dies fulsit, quâ ostendere terris 134.
Te voluit Fatum, ætheriis & vescier auris,
Fatorum mora quanta unus, mora quanta Deorum
Unus eras! cunctos video circumdare cunas
Sollicitos operi, & puerum servare recentem;
Succeduntque Deæ Laribus, queis tradita cura
Res hominum regere imperiis. Ubicumque laborum 140.
Quisque suam ingreditur seriem: Hic fera militiai
Munera amat, spumantium equorum & flectere terga;
Securæ sed pacis amans hic mente sagaci
Fraudibus implicitas leges, multisque tenebris
Eruit abstrusas, urbes regit, inque futuram
Temporis ætatem, venturorumque nepotum
Prospicit; atque aliquis discendi captus amore 147.
Pallescit chartis, libris se involuit, & ardet
Exerere ingenii vires, ac semina mentis

 Di-

Sui libri pertinace imbianca il crine,
E a meditar de priſchi ſavi attende
Le bell' arti inventrici, e le dottrine:
Così ſia che a ciaſcun ſtudj, e vicende
Al primo naſcer la ſua Dea deſtine.
Or sù tuoi ſtudj furo in Ciel gran liti,
Fur varie le conteſe, ed i partiti.
Pria così ragionò la Dea Guerriera;
Lodi ſue cure ognun; ma innanzi ogni arte,
Qual fra gli aſtri la Luna, andar primiera
Faccia ognor la Milizia, e il grave Marte.
Vi ſarà chi competa? ov' è l'altera?
Jo lei . . . ma, Numi, te conteſe a parte
Mandi il voſtro giudizio. Ancor dubbiate,
La grand' alma in che genj andar facciate?
Dunque Ei ſepolto in ozio? in preda ei dato 167.
Ai lenti ſonni, alle mollezze, e oppreſſo
Sarà così il gran cor? dunque ove nato,
Pigro ſempre il terrà l'albergo iſteſſo?
Saran ſue cure il crine inanellato
Sparger d'odor, di polve? e mover ſpeſſo
Al molle ſuon di ſiſtri, e di viole
Leggiadro attegiator danze, e carole?

Ma

Didere per populos, ſtudiisque impendere curas,
Et vigili excitus ſtudio, grateque labore
Jllectus veterum verſat monumenta virorum,
Et ſapientum artes, doctrinarumque reperta
Mente agitat: alias alii ſectantur & artes.
Ergo oritur lis multa inter ſupera alta tenentes,
Quod vitæ ſecteris iter, quibus artibus almum
Jngenium dedas; ſtudia in contraria magni
Cælicolæ ſcinduntur: avet Te Bellica Virtus 158.
Pertraxiſſe, ſuam & cauſam ſic prompta tuetur.
Quisque ſuâ placeatque ſibi, & ſe jactet in aulâ,
Militiam & grave Martis opus modo noverit omnes
Vincere tantum artes, quantum ignes Luna minores:
Nec vereor, ne ſeſe audax mihi præferat ulla;
Jllam ego . . . ſed tantam, o Superi, componite litem
Nos inter: dubitatis adhuc, quos mittere in uſus
Conveniat, quemve & vitæ ſervaſſe tenorem
Magnam animã? ergo hanc ſegnities ignava moretur? 167.
Et nunquam vigili torpens ſocordia vultu,
Otiaque, & pingues ſomni, queis tetrior ulla
Serpere in humanas nequeat contagio mentes?
Ergo meos horrens habitus, cultusque ſeveros
Nil aliud discat, quam multo pulvere crines
Spargere criſpatos calidi molimine ferri,
Saltantes ſatyros imitari, agileſque lacertos
Ad cytharæ jactare ſonos, choreasque movere?
Nunquam ergo excedens fines, & limina nota
Unâ, eâdemque domo, quâ natus, turpe ſeneſcat?

Sed

Ma non così le luminose ſtrade 178.
A lui de' Conti, e Duchi il ſangue altero
E in terra, e in mar ſegnò. Per mille ſpade,
Per mille aſpri cimenti è il ſuo ſentiero.
Nelle ferite ſol l'alta oneſtade
Ei dee ripor: Vada l'invitto, e al fiero
Marte s'aggiunga d'animoſo ardore
Acceſo il ſen; così s'acquiſta onore.
Sarà uom forte, ſe ozioſi, e lenti 185.
Trae ſepolto i ſuoi dì fra i patrj lari?
Nol ſoffra il Ciel. Vada; e i più duri ſtenti,
Geli, arſure a ſoffrir ben preſto impari,
Sormontar cime, valicar torrenti,
Fiumi natare, e dove più contrari,
Dove ſaran più turgidi, e orgoglioſi
Vincer co' ponti i flutti invan ſdegnoſi.
Impari, ove a ſcoprir le inſidie infeſte 192.
Ponga i cuſtodi, ove le ſchiere accampi,
Come le avanzi, le torni, le arreſte,
Le ſtringa, o allarghi per gli aperti campi;
Com' dagli agguati il nemico ſi deſte,
Ovver ſi ſpinga incauto ai teſi inciampi,
Quali eſigga il Cannon forze, e calibri,
E come lunge il fatal colpo vibri.
Queſte ſian l'arti ſue; per queſte a mille 199.
Secoli illuſtre ei vada: io li ſentieri
Gli moſtrerò, ſeguendo le faville,
E i ſpirti del ſuo cor glorioſi, e fieri:
Per

Sed non priscorum ſanguis Comitumque, Ducumque 178.
Jmperiis populos, terrasque, undasque regentum
Hanc ſuadet, monſtratque viam. Per tela, per ignes
Enſesque, inſidiasque & mixta tonitrua nimbis
Hunc decet ire, decet pulchram de vulnere laudem
Quærere; pergat eques, cogens ſub dura cruenti
Fortem animum vexilla Dei; ſic itur ad aſtra.
Mœnibus at patriis, atque inter tecta domorum 185.
Confixos illaudatam producere vitam,
Non Deus iſta viris. Eat ergo, & præmia Martis
Pulverulenta ſequi diſcat, ſudare ſub armis,
Frigora ſæva pati, curſu tranſcendere montes,
In fluviis quæſiſſe vadum; tranſire natatu
Quâ latet, & pontes fruſtra indignantibus undis
Amnibus impoſuiſſe, loco quo caſtra, vigilque 192.
Ponendus cuſtos, diſcat conſiſtere ſignis,
Et revocare gradum, diſcat nunc ſtringere in arctum
Agmina, nunc laxis eadem diducere campis,
Nunc latebris excire hoſtem, nunc fallere ſylvâ
Incautum, quantum vulcania machina ferri
Ejaculet, quove uſque ferat flammata ruinam.
Hæ ſint illi artes; hoc pulchro tramite honorum 199.
Ad ſummos apices ſurgat; comitabor euntem,
Vis animi quocumque feret, quo vivida ducet
Gloria; Pellæas ſuperabit, me duce, laudes,
Victricesque moras Fabii, duo fulmina belli
Scipiadas, Curios, Decios, acresque Metellos,
Sidoniumque Ducem, qui Gallica rura peragrans
Cu-

Per me vincer potrà l' invitto Achille,
I Fabi, i Curj, i Scipj, e i Decj alteri,
E lui che ruppe a Italia il vallo Alpino,
E osò stampar l'indomito cammino.
Gli esempj Ei miri sol degli Avi suoi,
Che d'altri uopo non ha. Sull'ali pronte
Della Fama levati oh quanti Eroi,
Oh come illustri al Ciel metton la fronte,
E serie san, che immensa traesi, e poi
Si cela, e par ch'a eternità rimonte.
Non sole io conto, ma perpetui fasti,
A quai non sia, che dubio alcun contrasti.
Dirò Gherardo, Guido, ed Ostrofranco,
E quanti altri in Limoge, e in Aquitania
Fur sì possenti, ove il Garonna stanco
Dal rapido suo corso in mar s'impania?
Il nome lor nel nome suo vien manco
Dritto scendendo, che in Francia, Germania,
E Italia poscia si dirama, e cresce,
E all' alto Real sangue ancor si mesce.
Che dirò i fregi, ed i concessi onori
De' Marescialli al Marziale impero,
Le mazze, i fasci, e i faticosi allori
Difficil premio del valor guerriero!
Or tutti Ei vincerà li suoi Maggiori;
Così di se, non di sua stirpe altero
Fia, nè d'altrui, ma de' suoi rai lucente,
Qual spande Febo il chiaro lume ardente.

Custodem Italiæ vallum, inconcessaque claustra,
Atque indignantes vestigia contudit Alpes.
Nec tantæ laudis deerunt exempla suorum;
Hæc repetat: quot enim ex cognatâ nomina gente
Fama levat, pennâ solvi metuente, superstes!
Quot terrâque, marique Duces, quorum alta per orbem
Emicat & factis, & nomine fulget origo,
Transcenditque annos, certatque æterna videri!
Certa loquor monumenta Domus, tabulasque perennes,
Et fastos; nullâque fides ambage laborat.
Gerardum an memorem, Vidonem, Ostrofrancumque,
Totque alios Lemovicis agri ditione potentes,
Queis & Aquitanos tractus, rapidumque Garumnam
Infuso undantem Oceano frænare potestas;
Quorum perpetuum recto genus ordine fluxit
Rupem in Choardi, ramoso deinde per omnes
Stemmate Francorum Proceres, Italosque cucurrit,
Teuthonicosque Duces, Regali & sanguine mixtum.
Quid Polemarcorum Clavas, & Martia regna
Laurigeros referam, & Proavis decora addita, fasces,
Et spolia, exuviasque cruento ex hoste relatas,
Partaque tot Patriæ multâ de gente trophæa?
Tantorum victura Ducum sonat undique fama;
Multa Virûm virtus, multa obversatur Imago.
Omnes iste tamen Proavos transcendet honore
Majorum haud serie, consanguineisque superbus,
Nec splendoris egens alieni, at lumine clarus
Ipse suo, qualis proprio Sol igne coruscat.

Sì di gran speme accesa Ella dicea ; 234.
Negli occhi il fuoco, e lo spavento siede,
L'ardir pugnace in volto, e in fronte ardea
L'elmo fiammante, onde il terror procede:
L'asta fra suoi piè scossa alto stridea,
S'affronta al Sol lo scudo, e del Sol fiede
I pavidi destrier; Cittadi oppresse,
Pugne, stragi, ruine eran quì espresse.
Lei pur che in mezzo agli atti uman s'infonde 244.
PRUDENZA alma di senno grave, e d'anni,
Che fan che il suo veder si d'occhi abbonde,
Che al passato, e al futur mai non s'appanni;
Cui di ben fare nulla via s' asconde,
Nessun mezzo a fuggir del mal gl' inganni;
Te chiede, i Regni ad appagar, che inqueti
Arbitro ti desian dei gran segreti.
Quindi ASTREA si fà innanzi, e omai ritorno 255
Vorria pur far dai Cieli al suol nostrano,
E locar nel tuo petto il suo soggiorno,
E dare a te la sua Bilancia in mano.
Fiammeggia il crin; del reo la destra a scorno
Tien l' ignea spada, ond' ei s'arretra invano;

La

Hæc Dea Bellipotens magnâ spe accensa ferebat: 234.
Incutiunt terrorem oculi, rutilantque coruscis
Ignibus; impavidum pugnax audacia vultum
Asperat; insigni cristis, flammasque vomente
Abscondit frontem galeâ, genibusque trementem
Quam tenet, argutis vibrat stridoribus hastam;
Objicitur Soli clypeus, pavidosque lacessit
Solis equos, illic pugnæ, certamina, cædes,
Oppida strata solo, Siculâ Vulcanus in Æthnâ
Fecerat, & vario discreverat argumento.
Nec minus in medios hominum quæ funditur actus 244.
Conscia præteriti, & sortis præsaga futuræ,
Arbitra cunctarum rerum PRUDENTIA, centum
Prædita luminibus, certas Dea callida metas
Tangere in humanis, medioque educere ponto
Cymbam animi indocilem, & tutâ subducere terrâ,
Mille modis edocta vias insistere recti,
Mille modis edocta mali depellere formas,
Te exposcit; scit quippe Tibi præclara parari
Munera, secretis & Te servarier altis,
Magnarum & natum molimina volvere rerum.
Pyramidis residens ASTREA cacumine Virgo 255.
Excipit hanc, binas avet & tibi tradere lances,
Teque suis studiis formare; coruscat, & ardet
Flammea cæsaries; dextra ensem, læva volumen
Gestat, ubi poenis sontes compescit, honestis
Præmia constituit; nec ab illâ excluditur ullo
Tempore, seu veniat Civis tutamine legum,

L2 Seu

La manca un libro, e nell' eterne carte
Le pene, e i premj a ognuno egual comparte.
Ecco ancor la COSTANZA averti ſpera, 265.
E farti a grandi impreſe audace, e forte;
Oh come era Ella in atto acerba, e fiera
Col petto immoto ai colpi della ſorte:
Nel voler ſalda, rigida, e ſevera
Staſſi ai Tiranni in faccia, in faccia a morte;
Se il Mondo ſi ſovverta, al gran periglio
Non ſi vedrà Colei battere il ciglio.
Sù carro intanto a mezzo Ciel venia 279.
Diva di cinque indomiti cavalli
Laſſa in frenar l' ardir, che li deſvia
O a Borea, o ad Auſtro per gli obbliqui calli:
Veſtal raſſembra; e benche ognor reſtia
Tenga ogni brama ſua temendo i falli
Di van deſio, pure dal cocchio or ſceſa
Te deſiando viene alla conteſa.
Per me, dicea, gli onor, le pompe vane, 285.
E la ſuperba ſorte, o Mortal, premi;
Per me nè cure hai tu, nè voglie inſane,
Sicche mai nulla ambiſci, e nulla temi;

Chi

Seu peregrinus egens, aditum quoque Pauper ad illam
Æque, ac Dives habet, nullo diſcrimine juris
Cuique ſuum tribuit, legesque adtemperat æquas.
Ut dixit, germana Soror CONSTANTIA ſeſe 265.
Siſtit bis geminis latus obfirmata columnis
Ambitura tuos finxiſſe ad fortia ſenſus;
Uſque loco ſtabilis, certo nec ab ordine cedit,
Jngens ferre mala, & fortunæ ſubdere colla
Neſcia, propoſitique tenax; non prava jubentium
Ardor, non diri facies truculenta Tyranni
Mente quatit ſolidâ, neque ſi fors riſerit, inde
Altius inflaturque animo, tollitque ſuperba
Sorte ſupercilium, neque ſi reflaverit, altum
Submittit dejecta animum, ſed ſemper eâdem
In ſtatione manet, celſæque cacumine mentis,
Compoſitoque gradu, fracti ſi machina Mundi
Corruat, impavidam ferient illam uſque ruinæ.
Poſtquam hæc conticuit, ſurgit Dea limite Cæli 279.
Semper agens medio geminos ſub fræna jugales,
Dum neque ſe ad Boream ſolito ſublimior effert,
Aut mage, quam par eſt, properat declivis in Auſtrum,
Aurea TEMPERIES Veſtali ſchemate Virgo.
Jmperiis animos regit hæc, frangitque rebelles,
Teque ambit docuiſſe, queant quibus artibus ægri 285
Mortales contemnere opes, contemnere honores,
Reſponſare cupidinibus, ſortique ſuperbæ,
Spesque interdictas, & inania ponere vota,
Nil timuiſſe, nihil nimium cupiiſſe, ſed almæ

Tra-

Chi ſenza me potrìa per vie sì ſtrane
Virtù tener fra i duo perigli eſtremi?
Siegue indi, e anch' Ella s'offre al magiſtero
Nei dubj paſſi dell'uman ſentiero.
Tu poi che non diceſti, o FEDE antica, 293.
Nuda il piè, ſciolta il crin, modeſta i rai?
Tu che negli alti candida, e pudica
Sai ben tacer, ma ſimular non ſai;
Al cui piè frode tra lacci s'implica,
E invan freme al veder, che ſempre mai
Con pari opre al tuo cor riſponder ſuole
Semplice volto, e ſemplici parole.
Ma già una Dea vien riccamente adorna, 304.
E ſeco trae d'amici ampia conquiſta,
Lei, è che col donar fortuna ſcorna,
E coll' uſar, non col ſerbare acquiſta;
Se a lei ricorre alcun, miſer non torna,
Anzi Ella il cerca nella ſorte triſta:
Te brama anch'eſſa, e vuol farne, o Signore,
Tuo rettor, tuo miniſtro il ſuo ſplendore.

Ecco

Tramite virtutis medio ſecurius ire,
Ut procul averſi vitiorum finibus imis,
Et ſummis, fugiant coecas caligine ſedes.
Venit inornatis, ut erat, neglecta capillis 293.
Priſca FIDES, nullus cui candida velat amictus
Tempora, tota nitens cryſtallina, & alma tenere
Pectore Templa tuo, ſeque inſerere omnibus actis
Incumbit pariter, votisque ardentibus optat.
Edocet hæc nullo mentes liveſcere fuco,
Non fraudes verſare animo, ſemperque manere
Promiſſis, virus non altâ mente repoſtum
Condere, diſſimulanda viris ſapientibus eſſe
Plurima, nec ſimulandum unquam probitate relictâ,
Sed certum, menti & concordem promere vultum.
Nec ſiluit Dea parca ſibi, reliquisque profuſa, 304.
Quâ ſine nil aurum eſt, niſi ſplendens luce malignâ,
Atque inſigne lutum, virtus quâ haud pulchrior ulla;
Rerum uſu illa potens, ſola eſt, quam propter honeſte
Aurum optent homines, quærant, teneantque paratum:
Sola docet recte largiri, ſola perenne
Conciliare poteſt auro decus, & dare partis
Lucem divitiis; Olli uſque pecunia donum eſt
Quod tribuat, non quod cumulet; facit eſſe protervam
Extra fortunam quidquid donatur, haberi &
Solas ſemper opes, quas dextera larga profundit.
Nunquam hanc pauper adit, quem non animoſa beatum
Excipit, & ſeſe vel non poſcentibus offert.
Hæc quoque præ reliquis certat, Rupchoarte, Deabus
Pri-

Ecco due gran Rivali alla tenzone 319.
Quinci FILOSOFIA, quindi ELOQUENZA:
Tra lieta, e mesta Quella si compone
In tetra gioja, e in incolta decenza;
Fiammeggian gli occhi, al Ciel la fronte oppone,
Saldo al suol ferma il piè, nulla temenza,
Nulla sorte la turba, e del mortale
Fatta leggiera al sempiterno sale.

L'altra parea, di rincontro a vederle,
Regina altiera, che a nozze s'appreste;
Nuda beltà coprìa le guance, e per le
Schiette membra scendea fulgida veste:
Raggian diaspri al dito, Indiche perle
Dall'Orecchio, e di gemme il collo veste;
Gran piropo arde in fronte, e sulla spalla
Di gioje affibbia tempestata palla.

Con Quella van, Lei che misura il giorno, 335.
E Lei che scioglie di Natura i dubj;
L'Arti ministre a lor recan d'intorno
Squadre, raggi, cilindri, e prismi, e cubi,
Vetri appannati, e raddoppianti il giorno,
Arrotati cristalli, e specchi, e tubi,
E Lidie pietre il ferro incatenanti
Per istinto anche arcan del Polo amanti.

Con Questa van, la vaga turba, e snella 342.
Dai mascherati affetti, e in spesse schiere
Danzan le Lodi in faccia onesta, e bella
Donzellette lascive, e lusinghiere;

E dol-

Prima tibi magnæ largiri semina mentis.
Nondũ hæc finierat; SOPHIA hinc volat æmula, talis 319.
Ore habitus, qualem possis nec dicere moestum,
Nec fluidum, lætâ sed tetricitate decorum;
Incessu procero, oculis radiantibus, altum
Fert cœlo caput, & solido vestigia firmat
Stans immota solo, nullis obnoxia fatis,
Exutoque levis terrestri pondere curas
Despicit humanas, atque immortalia tentat.
Emicat ast illinc FACUNDIA, pulchrior usquam 327.
Non hâcce ad thalamos ivit Regina superbos;
Fronte, genis, ore, & collo forma eminet audax,
Lumine picta chlamys nitidos illabitur artus,
Indica bacca aures, digitos accendit iaspis,
Margaris in collo, micat ardens fronte pyropus,
Aureaque ex humero subnectit fibula vestem
Eois opibus gravidam, & Gangetide gazâ.
Circumstant Sophiam Physice, divina Mathesis, 335.
Quæque obitus, ortusque astrorum comperit; artis
Instrumenta gerit famulantum sedula turba,
Et teretes radios, & multam vitra per artem
Dœdaleâ tornata manu, oblongosque cylindros,
Saxaque Mæoniis decisa e rupibus, & vi
Arcanâ hamatas chalybum tractura catenas.
Circumstant Divam Eloquii, vaga turba, Figuræ, 341.
Et circumvolitant insignes ora puellæ
Agminibus crebris, has dicunt nomine Laudes,
Suadaque, Lethæique expultrix Fama soporis,

Com-

E dolci sali, e molli arguzie, e quella
Che scuote il sordo oblìo con tromba altera.
Filosofia parlò ; Chi sì orgogliosa
Meco pugnar del grande Alunno or osa ?
Quella son' io, che a ragionare imparo, 350.
Che cerno il falso , e il ver dall'ombre oscure;
Quella, a cui sola i buoni Dei donaro
Svolver le cause, e le occulte nature ;
Per me si sà , come di fuor spicciaro
Dall' indistinto Caos tutte figure,
Che il Pol stia, l'Aere penda, il Mare ondeggi,
E in gran vuoto la Terra alto galleggi.
Senza di me caliga, e si desvia 357.
Per torti, e buj calli ogni alma ignara ;
Sol per me di virtù l'amor si cria ,
Sol per me il vero eterno si rischiara.
Dicea in breve così Filosofia,
Mentre Eloquenza a lungo dir s'appara,
Compone il viso, gravemente volta
La testa in giro, e Cielo, e Terra ascolta.
Qual preminenza sopra l'altre abbia io, 364.
Ben veggon tutti; e se talun pur vuole,
Che sì chiaro non paja il dritto mio,
Prego si degni udir le mie parole.
Poiche del Mondo i sparsi semi unio ,
E fè il Nume la Terra, e gli Astri, e il Sole,
Eran le belve, i pesci, e i pinti augelli,
Ma il loro Autor non conoscevan quelli.

Fessi

Compositique sales, & mollis turba Leporum.
Tum sic orsa loqui Sophia est. Certamen inire
Quæ socias inter mecum audeat, aut sibi tantum
Arroget, ut magnum præ me deposcat Alumnum ?
Jlla ego sum verum a falso quæ divido, quæque 350.
Sermonem ratione artem concludere monstro ;
Jlla ego, cui soli cunctas evolvere rerum
Dj dederunt causas ; nil habet Natura repostum
Nil mihi rimanti ; doceo, concreverit Orbis
Quâ ratione, su s distincta & cuncta figuris,
Stet Polus, erret Terra, fluat Mare, pendeat Aer.
Me sine caligat mens nubila ; me sine veri 357.
Vestigare vias est semina spargere ventis,
Sola queo ingenerare animis virtutis amorem,
Omniaque exponens magni miracula Mundi
In sancti ceu voce voco penetralia Veri.
Hæc paucis Sophia ; at minime Facundia contra
Pauca refert ; cunctæ tenuere silentia Divæ.
Quanta inter socias, & me discrimina cedunt, 364.
Omnes, credo, vident ; si quis non noverit, aures
Commodet, & videat tandem an sim vincere digna.
Ante hominum, pecudumque genus, pictasque volucres,
Squammigerumque gregem, volitabant semina rerum
Indiscreta ; suas subiere ut singula sedes,

M 2 Tunc

Feſſi allor l'Uomo, animal ſanto, e divo, 370.
Del cui guardar fur gli Atrj Empirei il ſegno;
Che penetraſſe il gran Principio attivo,
E adoratol, del reſto aveſſe il regno:
Nè con torpida vita il divin rivo
Laſciaſſe impaludar del chiaro ingegno:
Ma muta infanzia infra le chine fiere
Tenea ſommerſe le ſembianze altere.
Si propagavan ſenza legge erranti 379.
Tra monti, e ſelve in orridi covili.
Chi docili gli fè, gli fè parlanti,
E ſcoprì loro i commodi civili?
Chi ſulla terra tanti beni e tanti
Loro donò coi diritti civili?
Jo ſon, ch'odiando i coſtumi ferali
Feci abitar nelle Città i mortali.
E i muri cinſi, ed i caſtelli armai, 387.
E in nodo ſociale avvinſi i cori;
E le reſtie cervici ſoggiogai
Di ſante leggi ai placidi rigori,
Che dentro il petto fuſi, ed intagliai,
Più che ne' bronzi, ed in colonne fuori:
Spogliate allor le feritadi ſtrane
Riveſtì l'Uom le ſue ſembianze umane.
E imparò le diſtanze, ed i confini 396.
Del Dritto al Fatto, e dell' egual Giuſtizia
Al Decor' vario li fonti vicini,
E patti, ed allianze, ed amicizia,

Pietà

Tunc homo, ſanctum animal, divino ſanguine cretus 370.
Extitit, erectos Cœli quod in atria vultus
Tolleret, obſcuras qui mentis acumine cauſas
Eliceret rerum, ſummum & deprehenderet Ævi
Auctorem, quod cuncta ſibi ſubmitteret uni,
Neu lento ſua regna ſitu dureſcere, & ægram
Haud ſineret torpore malo languescere vitam:
Sed tamen illætâ cœcæ caligine noctis
Gens immersa virûm, pronarum more ferarum
Montivagi, torvûmque aſpectantes, ſine lege 376.
Sœcla propagabant ullâ, vitamque trahebant.
Quis potuit tantam e tenebris expromere lucem?
Jlluſtrareque civilis tot commoda vitæ,
Claraque per cunctas diſpergere munera terras,
Præſenti auxilio ut miſeris mortalibus eſſent?
Jlla ego ſum; mores sylveſtrum quippe virorum
Averſata, urbes, atque oppida ſurgere juſſi
Mœnibus obvallata ſuis, homineſque benignis 387.
Jmperij juſſis flexi, ſocialiter ævum
Degere uti vellent poſitâ feritate, jugoque
Subdere cervices legum, quæ fontibus æqui
Atque boni fluerent, & in imo pectore ſtarent
Compoſitæ, non codicibus, fixoque columnis
Ære tabellarum ſcriptæ legerentur in arce.
Tum cunctos ſimul & morum, vitæque prioris
Pertæſum; rituſque auſi damnare ferinos
Exutum induerunt hominem, & didicere quid uſus 396.
A recto diſtet, quid jus æquabile, honeſti

Qui

Pietà di genitor, culti divini,
Di patria amore, e onor di pudicizia:
E' mio don, quanta luce ogni arte spande,
Quanto i Regni han di bel, quanto han di grande.
Quindi onor delle genti io son chiamata, 404.
E i fasci, e gli ostri, e le regali insegne
Del plauso popolare accompagnata
Fò, che l'altiera Gloria a me rassegne.
E più s'alterca? e più mi vien tardata
L'alta Prole educar? le liti indegne
Già non troncano i Fati? . . . E ancor seguia,
Ma fremente s'alzò la POESIA.
Suonar le trombe, e le cetre canore, 410.
Di corde, e voci numerose schiere
In serie vaga, e in regolato errore
D'alto strepito empir le somme sfere.
Ed Ella in tuon divino, Il gran Fattore
Me generò, dicea, per suo piacere;
Me volle alla grand' opera presente,
Quando il Mondo traea della sua mente.
Quando al gemino Pol gli Orbi appendea, 415.
E misurava gl' intervalli, e i siti;
Quando i duo firmamenti distendea
Sopra le gemine acque dispartiti;
Quando alla luce in globi stretta fea
Per densità ed ampiezze i circuiti;
Io fui compagna, e il numero alle stelle,
E il nome posi delle cose belle.

Tauro

Qui fons, aut limes, populos quæ commoda vitæ,
Fœderaque inter se jungant, præstanda parenti
Quæ pietas, quis amor patriæ, quæ servet amicos
Copula, quo tandem sit Numen honore colendum:
Muneris omne mei est quidquid spectabile Mundi
Regna tenent, nostræ sunt omnia scilicet artis.
Hinc decus humanæ gentis vocor, hinc mihi sceptra 404.
Regnantum, hinc fasces, & picto purpura textu,
Gloriaque, & populi plausus comitantur euntem.
Nos certamus adhuc? mihi adhuc contenditur ista
Progenies? cernuntque hæc Fata, sinuntque? Parabat
Plura etiam, sed plura vetat fremebunda POESIS.
Jnsonuere lyræ, ac Litui, fremit ordine concors 410.
Dissidium vocum, & fidium numerosa propago:
Deinde modo humano major sic incipit ore;
Ab Jove principium, & genus est mihi; dia voluptas
Me peperit, voluitque sibi, cum conderet arces
Æthereas, geminoque globos appenderet axe, 415.
Adstarem harmoniæ inventrix, & justa decentis
Jntervalla situs rerum, molemque superbam
Jmmenso Auctori comes indivisa pararem.
Jpsa aderam, stipata globi cum sidera formâ
Cogeret, ipsa illis numeros & nomina feci,

Tauri-

Tauro, Elice, Plaustro, Orsa, e Trione, 421.
I Gemelli di Leda, e Cinosura,
L'Idra, il Centauro, e l'Angue, e l'Orione,
L'aureopiè Menalippe, e l'Iade scura,
Mercurio, Giove, ed il guerrier Campione,
E il Sole, e Lei che il suo guardar misura.
Quindi son' io d'ogni ordin la sorgente,
Di Dio ministra, in terra, e in Ciel potente.

Sola io disarmo la rovente destra, 429.
Sola infrango di Morte i rei decreti;
Io vò per mezzo alla novena Orchestra,
Io sò gli Dei d'ambrosia, e nettar lieti;
Io tolgo all' uom la qualità terrestra
Del mortal peso sciogliendo i divieti:
E in cuor varj a destare egual desio
Presento in varie forme il volto mio.

E in misure legata i cuori alletto 439.
Con forza occulta; e se alla tromba poi,
Se alla Meonia tromba il fiato metto,
Sí gli percuote il suon dei sommi Eroi,
Che nell' orecchia acuta, e fisso aspetto
Tutti confina l'alma i sensi suoi,
Mentr' ella sciolta, e à Dei già fatta pari
Và trasvolando il Ciel, le terre, e i mari.

Taurique, Plaustrique, Helices, Hyadumque, Trionumque, 421.
Et sobolis Ledææ, & noctivagæ Cynosuræ,
Hydræque, & Centauri, atque auripedis Menalippes,
Anguis, Orionis, atque Bootis, Mercuriique,
Et Jovis, & Martis, gratæque dolis Cythereæ,
Et Phœbi, Phœbesque suo de Fratre tumentis.
Hinc ego totius ratio ordinis unica dicor,
Hinc celsi Regina Poli, Divumque Sacerdos;
Exarmo Jovis una rubentem fulmine dextram, 429.
Illacrymabilis infringo jus una Tyranni;
Astra per incedo, cœtuque immixta noveno,
Una choris insto, una instauroque choreas,
Æternasque rigo divino nectare mentes.
Quid memorem studium, & quæ me generosa cupido
Incendit semper, prædulci ut lege, modoque
Mortales acuam sperato incumbere Olympo,
Egregiumque sequi? Atque his me non omnibus unam
Præsto, sed varias edocta assumere formas
Induo, & ad pulchri normam rem quamque decenti 439.
Nobilito cultu, similique nitore reformo.
Quid cum Mœoniâ surgo virtute, tubâque
Semideum laudes, & facta ingentia tollo?
Illicet in numerum currentes undique turmas
Aspicere est hominum, circumque assistere acutis
Auribus, oraque defixos, ictosque meâ vi
Continuo mortali ore immortalia fari,
Pervolitare chaos, terras, cœlum, æquora inertem
Oblitos hominem, nec Diis se ferre minores.

Anzi le fiere, e i ricovri ferali, 449.
Alberi traggo, e ſelve, e infin penétro
Della gran Madre all'oſſa, ed i vocali
Suon di mia cetra a udir gli ſaſſi ſpetro.
Queſt'è il poter, cedete o mie Rivali,
Queſt' è la forza, che dai Numi impetro:
Cedete, che ove un ſuo maggior ſi vede,
Pur giuſtamente a un ſuo maggior ſi cede.
Deh non ſoffrite, o Dei, che vinta reſti 457.
Quella, che all' Uom fà ſuperar la morte;
Deh me togliete ai danni manifeſti,
Onde or la mia pareggio all'altrui ſorte:
A me ſi dee tal Figlio, a me, che queſti
Paragon non ſdegnai ſebben più forte
Sol per deſio di quello, e de' miei voti
In teſtimonio ai più lontan nepoti.
Ecco a lui già di baccara, e d'alloro 464.
Spargo le cune, e a labri il mel gl'infondo;
Ecco gli fò d'ogni arte in cor teſoro,
E della gloria mia già lo circondo.
Sì, Figlio, inclito andrai dall' Indo, al Moro,
Per me andrai chiaro oltre i confin del Mondo;
Odi che già dà fiato alla gran tromba,
E in terra, e in Ciel la Fama alto rimbomba.
Diſſe; e dolce ſpirar l'aure Febee, 473.
Acclamaro e le cetre ai dolci canti.
Così tra loro contendean le Dee

Preſ-

Quin etiam blando cytharæ moderamine ſylvas 449.
Mulceo, sylveſtresque feras, & opaca ferarum
Tecta, immo & Terræ poſſum penetrare per oſſa
Matris, & hac tantâ dulcedine carminis aures
Jndo avidas ſurdis, dictu mirabile, ſaxis.
Hæc mea vis, Diis iſta mihi conceſſa poteſtas.
Cedite jam, Divæ, non vos defendere contra
Jam datur, imperio vinci majore decorum eſt.
Ergone quæ æternum donat mortalibus ævum 457.
Audiat inferior? me ne hæc injuria poſſe
Damna pati? noſtrum certent impune ſorores
Detrectare jugum? Dii tantum avertite probrum.
Debita Progenies iſta eſt mihi; ſit mihi quanti
Magna anima, ut Mundus videat, videantque nepotes,
Jmpare non ſprevi melior contendere pugnâ.
Huic lauri ſpargam foliis, & baccare cunas, 464.
Omnigenaſque artes tribuam, infundamque labellis
Mella, quibus bibulas hominum devinciat aures,
Atque dabo, quos nulla ætas temerabit, honores.
Tunc, Rupchoarte, tuum lauro redimita perenni
Nomen ad aſtra feram, geminosque audita per axes,
Et quâ flammiferos Eoo gurgite tollit
Sol currus, & quâ Heſperias deflectit in undas
Æquævam Mundo pariam tibi ſedula famam.
Hæc ait; his dictis Thymbræ jucundius aurâ 347.
Spiravere comæ, acclamant 1 tuique, tubæque.
Sic hæ, ſic aliæ pergunt contendere Divæ
Pro ſe quæque, ſibi magno & conamine tentant

Incly-

Pressando intorno gli Fati tardanti:
Quand'ecco in nube d'or seduta stee
Diva, che in grave culto, e in modi santi
Con portamento umilemente altiero
Fra il timore, e l'amor tiene il suo impero.
Con tergemino cerchio in fronte ardea 482.
Gemmante mitra in aureo colmo alzata;
Simile al Sol fulgido crin spargea
In bianca veste, e in clamide stellata;
Tien turibol la destra, onde ascendea
Di lagrime Sabee nube odorata.
Vedendo Ella ogni Dea star sì rubella,
In tuon sdegnoso ruppe la favella.
Qual sconsigliato ardor tra voi si para? 488
Scoppia il mio zelo alfin, ne lingua tiene;
RELLIGION son' io; qual con voi gara,
Voi stesse il dite, a me prender conviene?
Ma cara troppo êmmi la Francia, e cara
La Stirpe Rochechouart troppo mi viene;
Perciò Maestra, e Donna in sulle stelle
Contrasto or voi mere ministre e ancelle.
Nè per esser voi molte io mi dismetto; 497.
Il numero non val: se mantenermi
Sola non basto, ecco a difesa metto
Tre dal fiammante Olimpo invitti germi;
La Diva FEDE insuperabil petto
Base del ver, dell' alta SPEME i schermi,
SA-

Inclyta mandari laudum incrementa tuarum,
Propositoque instant, urgentque morantia Fata.
Ante alias ast una sedens in nube serenâ,
Ora gravis, cultumque decens, blandeque rigenti
Fronte severa, metum casto quæ miscet amori,
Cui celsam circum obnubit mitra gemmea frontem 482.
Attollens auratum apicem triplici orbe coronæ
Clara comam, vestem subcandida, cærula pallam,
Custodem gestans panchæi thuris acerram,
Ut vidit perstare Deas, fixasque manere,
Indignabundo tandem sic ore locuta est;
Inconsulta rapit quæ vos sententia, partes 488.
Atque agit in varias, quidve alta silentia nostra
Rumpere, & immeritos excludere cogitis ictus?
RELLIGIO huc adsum, neque huc fortassis adessem, &
Nunquam in certamen tam dispare laude venirem,
Si mihi non esset charissima Gallia, si non
Præ reliquis dilecta foret Rupchoarta Propago.
Nam quid vos mecum famulæ, sterilesque ministræ,
Quid vos cum Cœli dominâ, Mundique magistrâ?
Nec me, quod plures estis, vicisse putetis; 497.
Obruar haud numero; nihil hic valet; integra virtus
Si desit, sociæ, mea magna potentia, Divæ
Mecum adsunt numero exiguæ, sed pectora vinci
Nescia, flammantis genus insuperabile Olympi,
Prima parens operum, genitrix SAPIENTIA Mundi,
Dia FIDES nobis immobile firmamentum,
Veri & prima basis, proceri corpori ELPIS,
Atque

SAPIENZA genitrice, e ardente AMORE,
Amor gloria immortal delle ſue ſuore.
Tanto di voi medesme oblio vi preſe, 506.
Che le promeſſe andar vane ſperiate,
Le promeſſe, che il Cielo a me corteſe
Fè d'un Alunno d'antiqua pietate;
Che porti il core alle più grandi imprese,
Me oſſequj, e da me ſol cerchi oneſtate
La grand' Alma a me ſacro? e qual ei ſia
Fra tanti ſcelto, Iddio lo diſſe in pria.
Lo diſſe, e voi 'l ſapete. Or che più vani 514.
Prieghi, e ragioni ai Dei gite attrecciando?
Vacillan forſe i decreti ſovrani?
Cede l'incontraſtabile comando?
Ceſſate omai dai voti caſſi, e ſtrani,
Che inutil ſtento v'affolla parlando:
Mio fù Coſtui per fati infin da antico,
E mio fino all'eſtreme ore lo dico.
Durevol così a lui queſt' onor ſia, 521.
E la ſua vita a me ſia per molti anni;
Che ſe queſt' uno io perdo, e chi potria
Della ſua vece riſtorare i danni?
Or che turbata ſon da ſorte ria,
E meſta ſoffro in tutto il Mondo affanni,
Smarrito ho il zelo, e la virtù primiera,
E intorno m'urta l' infernal buſera.
Dov' è le forze mie, la gran potenza? 529.
In quai miſeri tempi io ſon caduta!

Che

Atque flagrans AGAPE decus immortale Sororum:
Tantane vos generis cepere oblivia veſtri, 506.
Exciderint, olim mihi quæ promiſſa dabantur?
Nec vos ignaræ, venturique inſciæ Alumni
Chriſtiadum haud ulli veterum pietate ſecundi,
Cui mea ſunt cordi, qui me veneretur, ametque,
Me præter nihil & quærat, nil ſperet, & uni
Magnam animam mihi devoveat, ſe & deſtinet Aræ;
Hunc ipſum nobis multo Deus ante dicavit
Exceptum reliquis; quid inanes nectere cauſas 514.
Pergitis? an ſperatis adhuc lenire precando
Poſſe Deum? inconcuſſa manent decreta Tonantis,
Juſſaque; ineluctabilibus jam cedite juſſis.
Cedite, opemque Dei ne caſſa in vota vocate;
Vanum opus hoc, labor & fruſtrabit, credite, hiantes.
Sub mea jura olim fuit iſte addictus, & iſte
Jure meus, dum vivet, erit; Sic Numen honorem 521.
Hunc faxit proprium, & multos mihi vivat in annos.
Dempto etenim hoc uno, noſtros magis aptus in uſus
Quisnam erit? heu! nobis cum ſint nunc omnia dura,
Et toto turber paſſim moeſtiſſima Mundo.
Hei mihi! quo pietas vetus, aut quo priſtina virtus!
Quo rapior miſeranda! agit heu quis turbo procellâ
Horridus infernâ, & me me convellit inultam!
Quo vires abiere meæ! quo tanta poteſtas 529.
Decidit! in quales ſenſim devenimus annos!

Quid

Che mi giova dal Polo aver nascenza,
E dell' eterna luce esser pasciuta!
Che mi giova del Nume entro l'essenza
Di verità la fonte aver bevuta!
Non crede l'empio un Nume, e ride insano
Quel che non cape l'intelletto umano.
O se pur crede un Nume eterno immenso, 537.
Principio, e fin, che il mar, la terra, il Cielo
Empie di se; fumoso onor d'incenso
Spandegli, e di parole un ricco velo,
Ma poi con core, e con spergiuro senso
Lo nega, e poi con ogni orrendo scelo.
Supremo Regnator, vedi quest'empj,
E il fulmin serbi pergli sagri Tempj,?
Deh i spiriti disperdi audaci, e rei, 545.
Caccialı, e premi nell' abisso eterno
Dell' empietà, tra le tenebre, e quei
Vindici orror, che alluma il fuoco inferno.
O se perdonar godi, e chino sei
Pel miser' uomo a usar l'amor paterno;
Ah non soffrir, che mi si tolga Lui,
Che riporrà nell'oro i giorni sui.
Erro? o del suo venir la stigia gora 553.
Già tutta trema? Egli è, o Francesche genti,
Cui vi promise il Cielo; Ei, che ristora
In voi le leggi, e il divin culto; intenti
Veggo i popoli udir, mentre infervora
I freddi petti, e coi nettarei accenti

Quid mentem traxisse Polo, quid profuit auras
Vitales carpsisse sacri sub lumine veri
Perspicuo magis, & cœli aspirantibus auris,
Si genus hoc hominum aut nullum, gens impia ut olim,
Autumat esse Deum, rident & sacra prophani,
Quæque minus capiunt, divina oracula damnant,
Aut si immortalem esse Deũ, immensũque fatentur, 537
Qui rerum sit principium, qui terminus idem,
Qui mare, qui terras, qui Cælum lumine complet,
Hunc, iuquam, multo ore colunt, & thuris honore,
Perjuro sed corde negant, factisque nefandis.
Aspicis hæc celso superum Regnator Olympo,
Aspicis? intorto nec frangis fulmine terras?
Cur tua dextra vacat, quos servas fulmen in usus?
Audaces infringe animas, age, conjice, trude 545.
In sedem scelerum æternam, noctemque profundam
Sub loca senta situ, atque ultricibus horrida flammis.
Quod si animo fixum est tua tela recondere, gaudes
Et semper miseris hominum succurrere rebus,
Ne, quæso, Pater alme, mihi patiaris Alumnum
Auferri, antiquum qui ferrea fundet in aurum
Sæcula, qui reddet quotquot scelus abstulit; & jam
Hujus in adventum jam Tartara nigra tremiscunt; 553.
Hic vir, hic est, tibi quem promisit, Gallia, Numen,
Qui tibi sacra feret, legesque & jura fovebit;
Adstabunt populi linguisque, animisque faventes;
Ipse autem largos effundens nectaris amnes
Ore sacro, cælesti animos accendet amore,

Scopre, e confonde le menzogne rie,
E del Ciel ſegna le fiammanti vie.
Conoſcerà ſue greggie, e fia da quelle 561.
Pur conoſciuto ; or negli eterni campi
Moſterà i paſchi, ed or le freſche ombrelle,
Là dove il Sol divin, ſuo raggio ſtampi;
Quivi di latte ſtendan le mammelle
A ruminar ſedendo, e poi ſi ſcampi
L'ovil dalle rapine al bujo orrore,
Quando ſcorre affamato il predatore.
Eſiggerà tutt' opre alla bilancia ; 567.
Non odio, o amor chinanlo in queſta, o in quella;
Dove diſpera altrui drizzerà lancia,
Sforzando ſecondar quel che ribella :
Lo Scettro, e il Paſtoral (dura opra in Francia)
Por ſaprà, Tempio, e Corte in pace bella;
Cittadin, Sacerdote il core invitto
Saprà librare in mezzo al gran conflitto.
Ma gradi, e dignità cercanſi a Lui, 577.
Cercanſi faſci, inſegne, eburnei ſeggi ?
Ma non io d'onor mai ſterile fui ;
Gracchiaſi in van chi a me niega i miei fregi.
Jo cingerò di mitra i crini ſui ;
E avrà di DUCA PAR gl'incliti preggi,
Diſpenſator della pietà di Lei,
Ch' eſſer dovrà l'eſempio degli Dei.
Più ancor. Farò dal Regno di Borbone 585.
Che a ſpander vada altrove il ſuo ſplendore ;
Per

Qua ſtygias fugiant fraudes aſtusque, docebit,
Quæ via ſit ſuperum ad flammantia tecta, ſuasque
Agnoſcet pecudes, atque agnoſcetur ab illis ;
Carpere nunc udis ſuadebit gramina campis,
Nunc gratum gelidâ frigus captare ſub umbrâ,
Quo tumida albenti diſtendant ubera lacte,
Incurſusque lupi ſubitos, ſtabuliſque minaces
Avertet capros, & ovilia ſarta rapinis
Defendet ; geminæ librato examine lancis 567.
Cuncta geret, partes & nunquam verget in ullas
Aut odii nutu, aut violenti pondere amoris ;
Invia quæque aliis & deſperata reſolvet
Jllicet, & curſus coget ſervare ſecundos,
Conciliare Pedum ſceptro, Palatia Templis
Noſcet, opus durum, bene nec ſociabile munus,
Et civis ſervare fidem, ſanctique tueri
Jura Miniſterii tanto in diſcrimine firmus
Pectora, & intrepido vadet per confraga greſſu.
At decus, & Virtuti habiles quæruntur honores. 577.
Quæruntur trabeæ, faſces, ſellæque curules ?
Quærantur ; quid enim ? viduam an me faſcibus unquam,
Aut ſterilem agnovere ? Quid eſt cur talia fruſtra
Jnducunt ? jubeam redimitum incedere Mitrâ,
Quæ DUCIS atque PARIS ſpectandum nomine reddat,
Præficiamque ſacris MARIÆ, quæ provida Francis
Jura dabit, legesque viris exemplaque laudum.
Nec tamen hic ſe clarus honos, & gloria ſiſtet ; 585.
Liliadum auguſto faciam illum excedere Regno,
O 2 At-

Per collo andràgli l'azzurro Cordone,
Della Colomba in petto il dio fulgore;
Farò, che in Roma il nome degno suone,
Che in Roma allor campeggi il suo valore;
Lei, che per sette Colli al Ciel và incontro,
Sola capace del grand' uomo io scontro.
Il Benamato Re, ch' alto protegge 592.
I dritti miei, di lui Successor degno
Che di me coronossi, e prima legge
Del culto mio portò nel Franco Regno;
Ei lui frà mille della Corte elegge
Portator di sua mente al mio sostegno
Al grande BENEDETTO, ah! ma pur presto
Vedrà venir per Roma il dì funesto.
Pur presta morte tra i compagni Eroi 601.
Riporra Quel dalle terrene some
Di gloria sazio; ed al suo luogo poi
Darà CLEMENTE il meritato nome;
Clemente, che restio tra i pianti suoi
Dovrà al Triregno sottopor le chiome;
Che degli sacri voti il pio timore
Più degno il renderà del sommo Onore.
Non fù di lui miglior, non fù più giusto,
Nè di splendida man più mai laudato,
Di pietà grave, e di candor vetusto,
Da fanciul dato all' Are, e proprio nato
Chiuder del Cielo, e aprire il Tempio augusto,
E posa dare al Mondo affaticato.

Giove-

Atque ornare foris; ibit per colla Monile
Cæruleum, & sanctæ per pectora summa Columbæ
Ornamentum ingens: erit Urbis digna theatro
Multa viri virtus, totum quæ continet orbem,
Et septemgeminis incursat montibus auras,
Illa capax erit una viri. Charissimus Orbi 592.
Regnator LODOIX, qui jura, & nomina nostra
Intemerata tenet, non degener illius hæres,
Qui Reges inter Francos mihi primus adhæsit,
Et nostris meritos Aris indixit honores,
E reliquis Aulæ Primoribus arbiter unum
Eliget hunc, qui sueta tibi, BENEDICTE, reportet
Officia, & sanctis pronus ferat oscula plantis,
Quamquam haud longa dies olli post illa menebit
Officia, heu? terris cita mors furata prophanis 601.
Nobile depositum flammanti reddet Olympo
Jam laudis saturum. Tanti successor honoris
Dicetur CLEMENS, magnâ dignum indole nomen;
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui,
Largus opum, pietate gravi spectandus; & aris
Deditus a puero, maturus pondere mentis,
Sidereas aptus referare, & claudere portas,
Exhaustæque malis natus facere otia terræ,
Quem Deus invitum, lacrymantem, & sacra timentem
Vota sequi coget caput immortale Thyaræ
Subdere tergeminæ, solioque insidere Petri.
Dignus erit tanto Rupchoartus adesse triumpho
Orator, Patriæque vices pro Rege tenere,

Conci-

Gioverà Rochechouart dei Padri il Coro,
E per lui darà peso ai voti loro.
Provata se, vivace spirto, e forte, 616.
Usata esperienza, e retta mente
A gran cure versata, e della Corte
Ben propria ai ministerij, alta, e prudente:
Rari amò sì, che desse loro in sorte
Union tal di virtù l' Onnipotente;
Queste il faran gradito al sommo Clero,
Caro a Roma, a CLEMENTE, e al Mondo intero.
Già veggo intorno a lui che in liete grida 625.
Mia Roma assorge, e la sua Francia applaude;
Se non sola Laudun che piange, e grida,
Sola nel danno suo Laudun non gaude,
Scossa da gran dolor; qual sposa fida
Straccia le chiome obliando sua laude
Al partir dello sposo, e s'ange, e teme,
Non tardo rieda, e singhiozzando freme.
Sebben consoleralla alfin Colui, 634.
A chi il Polacco scettro allor dà il fato;
Sprona ei col voto suo le brame altrui
Chiedendol scritto al Purpureo Senato:
Nè il grande onor dai bassi ossequj a lui,
Né dagli avari don fiagli acquistato;
Jo che nell' alme il veri merti vedo,

Premio

Conciliique juvare Patres, vimque addere votis.
Olli etenim perspecta fides, vis indolis alta, 616.
Experiens usu labor, & prudentia Regum
Apta ministeriis, magnisque exercita curis
Mens, & amans recti; pauci, quos æquus amavit
Rerum opifex, pauci poterunt sociare vicissim
Tot raras animi dotes; gratissimus ille
Existet Latio, cunctis charissimus, Urbem
Adjungetque sibi, vinclisque innectet amoris
Purpureos Patres, Clementis pectora blando
Vinciet obsequio: concordi murmure tanto 625.
Assurget mea Roma Viro, & sua Gallia plaudet.
Una tamen lacrymas magno concussa dolore
Jacturæ impatiens Lauduni urbs inclyta fundet,
Atque oculos turbata, suique oblita decoris,
Qualis forma decet sponsam, cum limina nota
Sponsus amans longe liquit; sibi namque timebit,
Ne rursum ad caulas redeat, Lauduniaque arva,
Quod non se dignam tanto Pastore beari
Sentiet; at justo moderabitur illa dolori 634.
Promissis fore, ut Augusti suffragia Regis
Sarmatiæ accipiet qui sceptra regenda, volentem
Pontificem inducant Romano illum addere Patrum
Concilio, & Tyrio spectandum reddere in ostro.
Quamquam olli hos grandes ostri fulgentis amictus
Non humile obsequium, palpataque gratia Regum
Quæret, congesti ambitio vel prodiga census;
Illa ego sed sacri custos sanctissima Veri

Præmia

Premio di gran fatiche, io gliel' concedo.
Tacqueſi allor di ſua ragion ſecura; 644.
Quando di Francia il Tutelar, che udìa,
Genio Sovran così l'ardente, e dura
Lite parlando in mite ſuon partìa:
Non temer, Dea: qual forza, o qual ventura
I già fermi deſtin ſchiantar potrìa?
Egli è tuo Rochechouart; diè fiſſo il Fato
Immobilimente a te l'onor bramato.
E tu dicampa omai, Diva Guerriera, 651.
E altrove porta i lauri ſanguinoſi,
Che non ſan per chi or naſce in meno auſtera
Sorte formato ai Palladj ripoſi:
De' duo Fratéi t'appaga; in tua carriera
Quei nati a te vedrai gir baldanzoſi
Per campi, e ſpade, e per nemiche offeſe,
E degli Avi uguagliar le grandi impreſe.
Ma quel Nipote ancor ſia tuo ſeguace, 660.
Quei, che del Padre, e Zio calcando l'orme,
Oh quai pur giovinetto acre, e pugnace
Darà argomenti di virtù conforme!
Sù fumante deſtrier miralo audace
I perigli ſfidar ſulle tue norme,
Anelante fra l'armi, e le bandiere
Per pugne, e ſtragi, ed affoltate ſchiere.
Invan grandinan piombi in turbin folto; 667.
Guerre orrende il vedrai guerre pugnare
Non anche aitante il petto in arme avvolto;

Si

Præmia magnorum concedam digna laborum.
Sic ait, & voti ſecura ſilentia fecit. 644.
Francigenum magni Præſes, Tutelaque Regni
Audiit hæc Genius, ſicque ore effatus amico
Compreſſit Divarum æſtus, litemque diremit:
Ne dubita, ſacra Diva, manent immota Tonantis
Juſſa tibi; an quiſquam ſemel omina fixa refigat?
Jllæſus tibi ſtabit honos, dabiturque, quod optas;
Rupchoartus tuus eſt; tuque, o Dea Bellica, campo 651.
Cede, tuaſque alio fer tinctas ſanguine laurus:
Haud ſtudiis belli, & Martis Rupchoartus amore
Clarus erit; placuit Cœlo olli condere fatum
Mitius, & ſanctâ in pacem formare minervâ.
Sat tibi ſit geminos tua ſub juga mittere Fratres;
Hi nati bellis, & amantes prælia dextræ,
Tela per & gladios, inimicaque caſtra ruentes
Æquabunt animos Atavorum, & grandia facta:
Fida legens Patris veſtigia fortibus armis 660.
Filius acta Patris, Patruique imitabitur; ille
Ore puer quamvis, venturæ ingentia laudis
Signa dabit jam pugnæ avidus, gaudebit ovanti
Acer equo, indomituſque animi, cupiduſque pericli
Perque acies, perque arma, & ſtricto horrentia ferro
Agmina, per cædes medias, per foeta procellis
Fulmina, & alatas portantes funera glandes, 667.
Exuvias, fera Diva, tuas, bella, horrida bella
Pugnabit, nondum bello maturus, & armis;
Et quamquam tenero torvi nil Martis habebit

P Ore

Sì a Patrj spirti avrà coragio pare,
Nulla sebben del torvo Marte in volto:
Così ti basti, e più non dimandare.
Voi altre, del Ciel Figlie, or Dee m'udite,
E s'imponga omai fine alla gran lite.
Tutte a lui vi destina il Ciel cortese, 675.
Tutte chiama a formar la Prole degna;
RELLIGION però senza contese
I costumi a impastar presso si tegna:
Ella lo inspiri, e faccia a lui palese
Quanto dei Padri la dottrina insegna;
Quel che è negato ad occhio uman gli scopra,
Fine, e principio d'ogni sua bell'opra.
Nè disse più. Con subito furore 687.
Sul carro si lanciò la Dea Guerriera,
L'ire segnate rivolgendo in core
A far di stragi un infernal bufera.
Gode la Sacra Dea del nuovo onore,
E tutte l'altre intorno a lei fan schiera;
Sì aprendo il vol dalla Magion lucente
Scendon nel Franco Regno all'opra intente.

NElla remota Malta io sì cantai
D'un nobil ozio, e de' bei studj preso:

Come

Ore, animos Patrios virtus dabit æmula: abito
His contenta; quid alterius tibi sumis honores?
Vosque aliæ, Cæli soboles certissima, Divæ,
Accipite hæc animis, finemque imponite rixæ.
Fata jubent cunctas pulchros descendere in usus 675.
Rupchoarti, totasque uni dependere curas;
Felices, queis formandam dant Numina Prolem
Æqualem votis, dignamque in sæcula ferri.
Præ tamen est cunctis ponenda Sororibus una
RELLIGIO, accedat propius, meliore metallo
Componat mores, tenerosque salubribus annos
Instituat monitis, solidæ pietatis amore
Muniat, altorum divina Oracula Patrum,
Quæque haud fas vidisse oculis, frustraque laborent
Humanæ mentes animis sibi fingere, pandat
Formatrix operum, consummatrixque laborum.
Nec plura effatus: bijugum Dea Bellica raptim 687.
Ingreditur currum, & sævo sub pectore cædes
Funereas, memoresque iras secum ipsa volutat,
Bellaque vastatura urbes: sacra Diva recepto
Gaudet Rupchoarto; festivo illam agmine circum
Cætera turba Deæ glomerantur, & alite lapsu
Gallica Regna petunt operas insumere promptæ. 693.

HÆc ego longinguis Melitæ meditabar in oris
Correptus studio Musarum, & nobilis oti.

Qua-

Come ape liba gli fioretti gai,
E ripon ne' ſuoi favi il dolce peſo.
Te, ROCHECHOUART, sì celebrar tentai
Di tua Caſa alle lodi inſieme atteſo:
Ma le tue grandi impreſe alcun ſia mai,
Che di lodar ſia degnamente acceſo?
Ah ſia pur; venga a te gloria maggiore,
Perder godrò; nullo livor mi lima;
Farògli anz'io ringraziando onore.
Sappi però, di me vittoria opima
Talun nel canto avrà, non nell' amore:
Amor diſs'io e riverenza, e ſtima.

Qualis ſedula apis primi ſub tempore veris
Sollicito florum delibat ſumma volatu,
Ut ſtipet dein melle favos. Hoc carmine molli
Te, Rupchoarte, tuamque Domum, laudesque Tuorum
Pieriis mecum tentavi intexere chartis.
Quod ſi forſan erunt, & erunt, tua maxima facta
Qui melius celebrent, & dio carmine donent;
Haud me livor edet, modo ſit Tibi gloria major,
Et Te digna canant; grates quin ipſe rependam,
Atque lubens vincar; tamen iſtud pectore in imo
Conde, precor; vincar verſu, non vincar amore:
Verbo parce; amor eſt ſummo reverentia cultu.





DELL' ABATE
LUIGI SUBLEYRAS.

ELEGIA.

Deh ancor tu vieni, e di Castalie Rose
Cingi i crin d'oro, o pavida Elegìa,
E vesti ad alto segno ali animose.
Che non in lamentevol melodìa
Piangere, e non d' Amor sempre tu devi
Ricantar la temuta Signorìa.
Ben noto è come ragionar solevi
E d' Augusto, e d' Aurelio, e di Torquato
Da te pur tolti ai foschi giorni e brevi.
Or qual ti siede umil Ritegno a lato?
Vieni: E a Chi tanto all' Ostro arreca onore
I pensier volgi, e il canto avventurato.

Nè

Nè Ligia a fervid' Estro adulatore,
Tanto segui il tuo stil piano e sincero,
Quanto è cio che si finge al ver minore.
Che di se stesso Eroico Spirto altero
Sdegna altri fregj: E qual d'estranio lume
Non Giove indige o Marte in suo sentiero;
Così alla Senna, ed al Romuleo Fiume
Di Francesco *scintilla il Nome, e solo*
Da intenso merto ogni sua lode ha piume.
Sovente a queste col pensier m'involo
Sarmati Valli, e del Fratel di Remo
Alla bella Città dispiego il volo.
E colà ogni vestigio arduo ripremo,
Che in cammino d'onor giamai non stanco,
L'Eroe segnovvi, che laudando io scemo,
Allor che Nuncio del Gran Rege *Franco*
Mille avèa seco da Lutezia tratte
Virtù sublimi, e inimitate al fianco.
Tranquilla il guardo, e in bel Volto di latte
V'era la Dea, che a candid' opre invita,
E che tutte serbar sue voglie intatte
Può ancor tra gli agj di pomposa vita.
E Quella v' era che il Leon fremente
Simbolo di coraggio ai Forti addita.
Vidivi quale al Misero dolente
Porge Astrèa l'una mano, e l'altra in giro
Fulminea move su' colpevol Gente,

Ar-

Arbitra in un dì premj, e di martiro,
Come a Lei consentì Giove dall' alto.
O delle Leggi, che i Destini ordiro
Moderatrice, a cui mal fanno assalto
Occulte Trame, e che a Lusinghe aperte
Or pieghevol t'infingi, ora di smalto
Saggia Prudenza: Te pur vidi; e certe
Norme apprese da te l' Eroe, ch'io canto,
Tra l' ombre e i lampi d' apparenze incerte.
Altre io gli scorsi Dee propizie accanto:
E le gravi Scienze, e l' Arti industri
Largo ottenner da Lui ristoro, e vanto.
E tienci Invidia de' passati Lustri?
(Roma allor disse) Quasi vivo ancora
Raggio or non sia che nostra Etade illustri?
Goda il mio Tebro, che grand' Alme onora
(Soggiunse) e nuova sull' auguste arène
Creda o a Tullio, o a Catone offrir dimora.
E se alla Gallia il pregio alto conviene
De' suoi Natali; non pur tardo o vano
Di sì nobile Spirto Amor mi tiene.
Premj ottenga Egli pur dal mio Sovrano,
E tra i purpurei Padri anch' Ei sfavilli
Vivid' Astro propizio al Vaticano.
Disse: E più lieta a Lei gli occhj tranquilli
Girò la Speme, e tra nemiche larve
La Fe animosa dispiegò i vessilli.

Cinto

Cinto così del Roman Ostro apparve
FRANCESCO, e in mezzo all' onorata Schiera
Più rifulse, e maggior dell'ostro parve.
Corse intanto la Fama messaggiera.
E plausi rinnovò da ogni lontana
Piaggia e all' Italo, e al Gallo Europa intera.
E fin l' ultima Melite Affricana
Tale udì per Lui suon di corde aurate,
Quai non la Venosina o la Tebana
Terra udìa più canore in altra etate:
E fur del nuovo Nestore le lodi
Da nuovo Omero in grave stil cantate.
Che sulle penne de' Pierj Modi
Tu mio Nume, o DURINI, e mio Sostegno,
Là giungesti, ove altr' Uom non fia che approdi;
E son le Dive dell' Aonio Regno
Dubbie ancor tra il Lodato e il Lodatore,
Ei d' onor gareggiando, e Tu d'ingegno.
Già già pendon su noi fervide l'ore,
Donde in murice Tirio ancor tue vesti
Tinte esser denno: E qual d' aureo fulgore
Duo sfavillanti sulle vie celesti
Talor Soli dimostra il bel Paréglio;
Così pur contro ai nubilosi, e infesti
Giorni ministri dell' alato Veglio,
Di pari luce Anbo vedravvi il Mondo
Fiammeggiare, e l'Un farvi all' Altro speglio.

Q Ed

Ed oh se presso al bel lume giocondo,
Mille col canto secondar potessi
Semi di vive idee, che in petto ascondo;
Altri che in grembo del Destino io lessi
Farian Presagj ravvivar mie rime.
Ma i rauchi detti, e da timor compressi
Snodar mia Musa, e del pensier sublime
Sé per gli ardui sentieri erger non osa.
Deh pria meglio a segnar d'Ascra le cime,
E a grandeggiar per Fama luminosa
Da Chi dielle coraggio, e la sostenne
Apprenda, e sorga. O a ragion paventosa
Chiudi intanto, Elegìa, chiudi le penne.



JN PUBLICAM
BIBLIOTHECAM
MELITÆ
A
D. TENCINO
Magnæ Crucis Equite
ERECTAM
Junctâ simul propriâ Librorum Collectione cum illâ, quam Religioni Hierosolymitanæ Legaverat
CARDINALIS
PORTOCARRERIUS.





A

TRADUZIONE DELL' ABBATE ALESSANDRO DE SANCTIS.

QUal divin estro dentro il sen mi bolle?
Dove, Febo, m'involi, e fai repente
Ch'apraſi Pindo, e il ſacro lauro crolle,
E la Cortina affatichi la mente?
Il bicipite giogo ond'è ch' eſtolle
Tutto Elicona agli occhi miei preſente?
Perche Ippocrene oltre l'uſato abbonda,
E dalla prodiga urna il colle inonda?
Bello il veder le danze, le carole, 9.
E le Muſe cantar (Echo riſponde)
E applauder Palla, e Lui, che in Cielo é ſole,
La chioma ir cinto dell' amata fronde!

Ma



IN PUBLICÆ MELITENSIS BIBLIOTHECÆ ERECTIONEM CARMEN.

UNde mihi ſubito calor entheus incidit œſtro?
Quo me, Phoebe, tui plenum rapis? unde repente
Parnaſſi delubra patent, commotaque laurus,
Et Cortina ſacros renovant ſub pectore motus?
Unde mihi totum pandunt Helicona Sorores,
Et gemino aſſurgit Parnaſſia vertice rupes,
Plus ſolito doctusque latex fluit ubere rivo;
Quin etiam totas invergit prodigus urnas,
Muſarumque chorus plaudit pede, voce novenâ 9.
Perſonat, & Præſes decimâ cum Pallade Phœbus
Lætior it, multâ velatus tempora daphne?
Quem petit? unde jubet tantum deducere carmen,

Cui

Ma l'alto carme per chi mai si vuole?
Per chi si spiegan le pompe gioconde?
Oh generoso! di sì bel furore
Tu liete ir fai, Tencin, le Aonie Suore.
Tu di libri fai lor sì ricca dote, 16.
La saggia Atene tu in Malta ristauri,
E l'arti sante, e le dottrine ignote,
E degli antichi savj i bei tesauri.
Perciò tesson ghirlande a te devote
D'edre, di mirti, di querce, di lauri;
E tutta investon l'arte, e le canzoni,
Della gran destra a dir gl'illustri doni.

Era la notte, e i lassi animanti 23.
Pei noti covi avea il sonno distesi;
Tacea la valle, il monte, e gli estuanti
Mari giacean dal sonno lor compresi;
Muti gli arbusti, e l'aer senza volanti,
E i vanni alto tenea l'aura sospesi:
Prendean di notte il don le umane vite,
E avean le cure in dolce oblio sopite.
Solo Tencin fabro d'illustri imprese 30.
Gl'intimi arcani, ed i maggior momenti
Del cor, ch' EMMANUEL fè a lui palese,
Volgea drizzando agli bramati eventi:
Quando un inclito Eroe sopra discese
La sua maggion per l'alte vie de' venti;

Si

Cui tota Aoniæ se ostentat gloria sylvæ?
Fallimur? an læto se turba Heliconia cultu
Exornat, Tencine, tibi festiva, tot almis
Aucta voluminibus, Melitæ qui condis Athenas, 16.
Et Sanctas sapientum artes, ignotaque ponis
Atria doctrinæ, & veterum monumenta virorum;
Atque ideo tibi serta parat, tibi flore recenti,
Et quercu, & lauro meritos it cingere crines,
Præsidiumque tuum tota molitur ab arte,
Et facta, & magnæ præstantia munera dextræ.

Nox erat, & pecudes per nota cubilia fessas 23.
Straverat alta quies; suus & Neptunia somnus
Æquora mulcebat; campi, vallesque silebant,
Et juga; non ullis dumeta loquacia ventis,
Non queruli laticum rivi, non aer vulgus
Aligerum pennis stridebat, munera noctis
Carpebant homines, & facta oblivia curis.
At non Tencinus molli dat lumina somno, 30.
Rerum opifex gravium, cui pectoris abdita magni,
Et tacitos sensus, summæ & penetralia mentis
Credidit EMMANUEL: per noctem at plurima volvens
Librat, ad optatas & dirigit omnia metas.
Ante Ædes cum Tencini stetit inclytus Heros:

Sponte

Si spalançar le porte in un baleno,
E il grande albergo di splendor fù pieno.
Gran Croce avea nel petto, ed il cimiero 38.
Sulla testa imperiosa alto scotea ;
Lorica al busto, e a fianco il brando altero,
Chiaro volto, alta fronte, e l'occhio ardea :
Liladam fù ; che da Rodi primiero
Seguì dove miglior fato sorgea ;
Ricovrò il regno, e co' suoi fatti prodi
Altra acquistò non espugnanda Rodi.
Gran lode inver, diss'ei, per chi Cittadi 46.
Fondò nuove, e abitò di cittadini.
Squallida in vili, e rozze povertadi
Malta fù, quando venne a miei domini;
Rari custodi per le rocche, e radi
Per dispersi abituri i contadini,
E dei muri pendean sdruciti massi,
E delle case ruinanti sassi.
Anzi avean pur nelle lustre ferali,
Nelle scavate rupi orrido stallo ;
Non da man fabbricati anco arsenali,
E cinti appena fur da sottil vallo ;
Nella campagna ansiar rari giogali,
E raro agnel belar da un cespo giallo ;
Ch'anzi de' sassi, e sterpi infra l' orrore
Chiedeano i campi, e non avean cultore.
Quest'era della terra il tristo ammanto ; 60.
Senza nome campagne, e senza frutto,

Autunno,

Sponte domus patuere aditus, & cardine verso
Exiluere fores, ac tectum grande refulsit.
Pectore Crux ingens olli, stat vertice cassis, 39.
Circumdat lorica humeros, latus ense coruscat,
Conspicui vultus, frons alta, oculique micantes.
Liladamus erat ; Rhodiis qui primus ab oris
Attigit Jtaliam, & fatis melioribus usus
Restituit solium, & majoribus institit orsis,
Quo duce surrexit cœlo Rhodus altera major,
Et melior, nunquam Ottomano expugnanda Tyranno.
Ergo his Tencinum compellat vocibus ultro : 46.
Magnum equidem meruere decus, laudemque tulerunt,
Qui statuere novas, dederunt & civibus, urbes.
Squallebat Melite imperio cum credita nostro est ;
Undique semirutis pendebant moenia tectis,
Aggere vix tecti cives, navalia stabant
Nondum effossa manu, murorum avulsa jacebant
Saxa, tenebantur raris custodibus arces,
Rarus in oppidulis habitabat civis, agebat
Aut miseram excisis in rupibus incola vitam;
Rarus anhelabat sub adunco vomere taurus,
Balabant & oves raræ de cespite sicco,
Horrida quod silice, & sylvestribus aspera dumis
Insula erat, deerantque manus poscentibus arvis :
Hæc telluris erat facies miseranda ; sine ullo 60.
Cultore, & steriles sine re, sine nomine campi,

R Autu-

D'Autunno a sdegno, e delle Ninfe a pianto:
Or pur bella risplende, e nuova in tutto.
Nuova è Malta, e da pria diversa quanto!
Veggio d'ampie contrade un bel costrutto,
Odo di carri, e d'uomin rimbombìo,
E d'arti ferver popolar desìo.
Veggio le porte in trionfali aspetti, 68.
Le piazze, i corsi, i fori, ed i loggiati,
E del gran Manoel gli Augusti tetti,
E Santuarj, e tempj al Ciel portati;
Le popolose Stoe de' giovinetti,
E delle Sacre Vergin gl' isolati:
Fuggì di Libia alle coste deserte
L'orror, che queste sponde avea coperte.
Mira come ammollissi il crudo istinto 76.
Del suolo, e si scordò i natìi rigori:
Petrigno fù, e restìo; or spetrò vinto
Dalla virtù degli utili lavori:
Sì corretto, e al tepor dei fimi incinto
Disacerbòssi dai maligni umori;
E vedi già come all' intorno brilla,
E di bei frutti l'arbore sfavilla.
E i vaghi fiori le vallette pingono, 84.
E la collina l'alme viti adombrano;
Il piè vinose le vendemmie scingono,
Il campo armenti, e spesse greggie ingombrano;
Ville, e giardini già ogni banda cingono;
Verdala ammirar puoi, fra quanti n'ombrano,

Re

Autumno indignante, & flentibus undique Nymphis.
Nunc fulget longe dispar, atque altera prorsum est;
Nempe novos Melite tandem pulcherrima vultus
Induit; aspicio latarum strata viarum;
Perque vias strepitusque virûm, strepitusque rotarum,
Atque frequentatas studiis popularibus artes;
Cerno triumphales sublimi fornice portas, 68,
Emmanuelæi Palatia celsa Magistri,
Tot fora, tot latos aditus, tot grandia templa,
Tot celebres Aras, & tot Vestalibus ædes
Obvallante situ positas, gregibusque tenellis
Tecta, ubi congestos vomit ingens limen alumnos:
In Lybiæ montes, loca dura, & inhospita saxa,
Secessit, Meliten qui quondam insederat horror,
Aspera mansuevit, video, natura locorum 76.
Nec sese agnoscit nativi oblita rigoris:
Nequaquam stat campus iners, dextramque rebellis
Respuit agricolæ, sterilem expugnata labore
Dedidicit tellus lapidem, succosque malignos,
Emendata fimo; usque adeo labor utilis arvis.
Undique picta oculis arvorum assultat imago;
Vernat humus, pulchris se ostentat fructibus arbor,
Seque ornant variis depicti floribus agri; 84.
Vitibus umbrantur colles, & dulce renidens
Saxa per & rupes tumidis vindemia botris;
Læta boum passim spissis armenta catervis,
Lanigerique greges errant; villæ undique, & horti
Undique consurgunt, primas quos obtinet inter

R2 Horto-

Re dei giardin, per boschetti fronzuti,
Per scherzi d'acque, e cédrini tessuti.
Che dirò l'ammiranda, e prode impresa, 93.
Che quà dedusse gli allacciati fonti?
E i sostrutti a recar l'onda sospesa
Sopra continuo mur' superbi ponti?
Che? gli arsenali, e la fabbril contesa
Pel Marte vostro a far gli arnesi pronti?
Che par che l'arte quì le navi infanti
Tra il fabbril sforzo, ed i selvosi schianti.
Dirò i merlati torreggianti muri, 102.
Ch'alzano al Cielo il minaccioso ciglio?
I Forti poderosi, ampj, sicuri
Di luna in cerchio, o di tenaglia in piglio?
E le nuove frontiere, onde assecuri
La curva ripa d'ogni ostil periglio
Tra le vallate torri, opra, ed onore
Di Tigny, schermo ai lidi, e al mar terrore?
Ma chi potrìa ridir, quant' arte oprasse 109.
Quì per ornato, e quì a difesa, e vallo?
Sol manca un tetto alle bell'Arti caste,
Sol un tetto a Minerva. Or quando avràllo?
V'è là nel foro qual maggion sovraste,
Dove l'ira, e il dolor fan tristo ballo,
Nel foro, ove il brillante Cavaliere
A novellar s'accoglie in spesse schiere.

Odi

Hortorum rex Verdalio de nomine dictus;
Frondea ubi nemora, intextæque ordine cedri,
Emissæque tubis vario discrimine lymphæ.
Quid memorem deduxistis quos providi in urbem 93.
Pontibus impositos pulchro molimine fontes?
Admirandi operis moles præcelsa superbos
Parjete perpetuo sublime assurgit in arcus.
Quid referam vestri sedem navalia Martis?
Nautica prostat ubi armandâ pro classe supellex,
Multa instatque manus varias enixa carinas,
Aeriasque parat trabibus nemorumque ruinâ
In pontum deferre rates; labor undique cœptum
Urget opus. Quid perpetuis surgentia pinnis 102.
Mœnia, turritâ quæ Cœlum mole lacessunt?
Quid quæ tot valido stant propugnacula saxo
Forcipis, aut mediæ speciem referentia lunæ,
Et nova tot curvis quæ sunt munimina ripis
Addita, & impositæ aggeribus per littora turres,
Tignii opus, terror pelagi, & tutela carinis.
Vix opera enumerem, quasque eduxistis in auras 190.
Ornandam propter Meliten, vel ab hoste tuendam
Magnificas moles: Nunc tantum deficit ædes
Ingeniis, domus ingeniis non ulla patescit;
Ecquando dabitur Musis habitabile tectum?
Ecce foro in medio, variis ubi partibus urbis
Agminibus crebris Equitum manus emicat ardens
Collecta alloquii studio, domus ardua surgit,
Sub quâ (triste malum) fremit ira, lucrique cupido,

Jurgia-

Odi come funesto in quella suone 118.
Fra i giocator la rissa, e la querela.
Deh adorna il grande allogio all' Arti buone;
Che nave degna ell' è di miglior vela.
L' Italo, il Franco, e chi tra le corone
Del Beti nacque, o dove il Reno gela,
Quì accorra, e s'indrappellino frequenti
Di Palla al segno in dotta cura ardenti.
Nè, aver volumi a procaciar lontano 125.
Ti disconforti; io t' offro il mio favore,
Jo son presente, e ti darò la mano,
Solo in me fida, e tronca le dimore.
Vedrai sorger Museo, che nè il Romano
Di Pollion mai tanto ebbe splendore,
O di Cesar la dotta altera Mole,
Nè d'Egitto altro mai par vide il Sole.
Scelta copia di libri hai tu raccolta 132.
Di varia banda; altra anco a noi discade
Per morte d'Uom, cui tiene in gloria molta
L' inclita Roma, e Malta in onestade.
Or quì tutto in un poni. Ah dunque sciolta
Sì gran dovizia lascerai che vade?
E venal sian le Muse? e tu, immortale
Bella gloria di Pindo, andrai venale?
Eh vituperio! saran fatte serve, 141.
E venderansi alla tromba le Muse?
Nò, non tu il sosterrai, cui d'onor ferve
Il cor ch' Apollo in fina tempra fuse.

Disse

Jurgiaque, & calidæ lusorum crimina rixæ, 118.
Sollicitusque dolor, resonat clamoribus ædes.
Eja agedum, molire bonis nunc Artibus ingens
Hospitium, & dignos studio meliore Penates,
Quos Italus, Francusque, biberunt quique bicornem
Rhenum, & olivifero cinctum diademate Bætim
Tempora, discendi curâ, studioque frequentent.
Ne tamen hinc procul, o Vir magne, volumina mentē 125.
Terrificent quærenda; meo tua cœpta favore
Prosequar, ipse tuis adero conatibus auctor;
Ne tantum molire moras, ne denique nostris
Viribus indubites; Non Musæum Ptolomæi,
Septeno nec prisca jugo quæ Pollius olim
Atria condiderat, nec doctæ Cæsaris arces
His certare queant. Librorum exculta supellex 132.
Est, Tencine, tibi, varioque ex orbe petita;
Optima librorum nobis quoque copia cessit
Morte Viri, cujus Divûm domus aurea Roma,
Et Melite memori servabunt pectore nomen:
Collige in unum omnes, & sit domus hospita Musis.
Anne fines vacuas (miserum) volitare per auras
Collectas tot opes? an erit venalis Apollo?
Venales Musæ, venalis gloria Pindi?
Proh facinus! tabulata super patiere prophanæ 141.
Musarum jaceant exposta volumina plebi?
Proh facinus! Musas vili prostare sub hastâ?
Non equidem hoc, Tencine, feres, cui pectus honesto
Fervet, cui magnus finxit præcordia Titan

De-

Disse, e tornato alle dive caterve
Sinistro il Ciel seren tonando il chiuse;
Tencin conosce il fausto augurio allora,
E l'Eroe generoso inchina, e adora.
Et alle st lle ambe le man levate, 150.
Non tardo, nò, già faccio il tuo comando,
Disse, e sentì già le quadrella aurate
Venir lucido oltre uso il dì rotando.
Tosto alle Muse le sedi bramate
Appresta, i gaudj nel gran cuor celando:
E senza indugio ecco in mar và la grave
Delle spoglie di Pindo augusta Nave.
Vè come a vele spase alteramente 157.
Dietro si lasci Italia, e franca rida:
Non cieco scoglio, non turbo fremente
L'oserà urtar; Pallade sua l'affida.
Sternesi il mar, che ben l'incarco sente
Inusitato, e incurva l'onda fida,
Poi s'erge intorno a spume, e in nevoso arco
Scherza al solcante rostro aprendo il varco.
Suoi Cori ecco destò Teti dall' imo 166.
Alternando a levar l'onusto fianco:
Licori, e Galatea si sfidan primo,
Clejo, e Cidippe poi dal flutto bianco:
Quattro estollon la prora, Efira, e Drimo,
Aretusa, e Nisea; stan due da fianco,
Quà Fillodòce, e la Cimodocea,
E da poppa stan due Spejo, e Ligea.

Passa

De meliore luto. Dixit; tacitasque per umbras
Eripuit sese ex oculis; simul axe sereno
Jntonuit lævum: generosi agnovit amicum
Augurium Liladami, Heroamque salutat,
Et duplices tendens Tencinus ad æthera palmas, 150.
Nil cunctabor, ait, nihil est quod demorer ultra,
En opus adgredior jussum. Sic fatus obortam
Sensit adesse diem; sua gaudia pectore celat,
Optatam & Musis festinat ponere sedem.
Fit mora nulla; secat jam jam vada salsa Triremis
Musarum gravis exuviis, spoliisque Minervæ.
Aspice, ut intentis procedat in æquora velis 157.
Læta ratis, Latios fines post terga relinquat,
Littora nota petens Melitæ: non dira procella,
Non scopuli frangent Musæo pondere onustam;
Pallade tuta suâ est: sternunt sese undique fluctus;
Insolitum mare sentit onus; subsidere primum,
Atque imum curvare vadum, mox surgere, tolli,
Et spumis ambire ratem, niveâque coronâ
Cingere, & instanti certatim alludere rostro.
MoxThetidis chorus udus adest, & turba sororum 166.
Nereidum, navimque humeris deducere certant,
Dignius ut, leviusque volet, Thetis incitat omnes
Jre pares, miscere vices; Galatæa Lycorim
Provocat, invitat Cydippem Cleio; proram
Quatuor excipiunt Arethusa, Ephyreque, Drymoque,
Et Nisea, levant latera ardua Cymodocea,
Phyllodoceque simul, Speio, Lygæaque puppim

S Jmpel-

Passa superba l' umido sentiero 174.
Fanteggiata così. Tetide il vuole,
E il vuol Nettuno. I venti il Tridentiero
Chiama indi al cenno, e lor fà tai parole:
Corrieri spirti del mio vasto impero,
O della terra, e mar pennuta prole,
Mia cura, e mia potenza; or non restii
Cospirate secondi a miei desìi.
Và per lo mar Nave alle Muse amica 181.
A Febo, & a Minerva, e a Malta tende.
Or lei protegga vostra fede antica,
Del mio regno il poter quanto s'estende.
Deh disarmate l'indole nemica,
Servite al tempo, e a me. Sol di chi attende
Il mio regno a calmar tal parte sia;
Gli altri al suo Eolo or di quà fuggan via.
Zefiro e tu soave spirto, e piano 190.
Soffia, e leggier la guida alla sua terra.
Tu la reggi, o del mar mite sovrano,
A cammin fermo, finche i lidi afferra.
Disse, e il tridente nel fianco montano
Urtando una caverna ampia disserra;
Quà spinse, ed imbarrò gl'inquieti, e altieri,
E a' Favonj lasciò del mar gl'imperi.
Già i scogli cessa; e in nuovo corso entrata, 199.
Levasi Coro a prosperar le vie.

Mal-

Impellunt: Nymphis ratis ancillantibus æquor 174.
Per medium it victrix; Thetis omnibus æquoris undis,
Neptunusque favent, ventisque ad jussa vocatis,
Collectos postquam vidit, sic incipit ipse;
Pernices animæ, terræque, marisque propago,
Pennati, mea cura, Duces, mea magna potestas,
Nunc mihi servitiis ad vota vacate secundi.
Navis amica novem Musis, & amica Minervæ, 181.
Laurigero dilecta Deo jam fertur in altum;
Præstanda huic ergo vestra est tutela, fidesque,
Et regni vis tota mei: Melitensia tendit
In vada, luctantes deponite corde furores,
Indulgete meis placitis, sic tempora poscunt.
Hoc operæ pretium penes est queis talia curæ,
Et quibus incumbunt nostri moderamina regni;
Cætera turba suas repetat festina cavernas.
Tu, Zephyre, ad socias, Melitæ sacra littora, sedes 190.
Qui potis es proram levis hanc appellere, miti
Flaminis auxilio tantum tu suscipe munus,
Tu rege, tu salsæ clementior arbiter oræ,
Littora quo certo teneat ratis inclyta cursu.
Dixit, & inverso subito montana tridenti
Percussit latera, & lato dedit ore cavernam:
Hic obluctantes firmo premit obice turmas,
Regna dat Hesperii flabris moderanda Favoni.
Jamque fugit scopulos, cursuque invecta secundo 199.
Provehitur: mittit nova flamina faustus Japyx,
Fortunatque viam. Melitæ jam littora monstrat

S 2 Terra

Malta, lo schermo dell' Ausonie fata,
Malta, il fren dell' Odrisie ferocie
Ecco già appar. Per l'aure inalberata
Veggon la Croce, e nuove leggiadrie
Quà crian le Ninfe Melitesi belle,
Là il Nautico clamor fiere le stelle.
Entra già in porto ; e a prua scoppiando accende 207.
Festose fiamme con tremendi suoni ;
E risponde il Castello, e i fuochi rende
Per l'alte penne, e gl'innocenti tuoni ;
Ruota il rimbombo, e sù pei flutti ascende
Destando immago d'acerbe tenzoni ;
Ma in lieta gioja imbaldanzisce i cuori,
Finti di Marte i procellosi orrori.
Calliope or me sprona a maggior cimento, 216.
Rotta la vena dell'acque immortali ;
Furor' entro mi scuote, e igniti sento
Fiedermi il cor d'un maggior Dio gli strali.
Fama volò ; non d'adorato argento,
Non somme d'auro istigator dei mali,
Ma la Nave recar d'ogni buon' Arte
I bei trovati, e le Palladie carte ;
Che non d'anni tardar, non vento, o pioggia 224.
Con lima edace logorar potéo ;
Ma vivranno animose oltre qual poggia
D' Archi, e Colossi più eterno trofeo.

Vedre-

Terra procul, vallum Jtaliæ, frænumque Gelonis ;
Nauticus ingeminat per transtra sonantia clamor :
Agnovere suæ molli fluitantia vento
Signa Crucis Nymphæ Meliteides, ocyus omnes
Antevolant hilares, navem comitantur euntem.
Ut propior tetigit portum, tormenta boatu 207.
Grandia terrifico displodit, & excitat ignes
Innocuos, tonitrusque ciet per inane sonantes :
Mox signo de turre dato per inania flammas
Festivas tormenta vomunt, & mutua reddunt
Murmura, celsa micant quæ per munimina, turres.
Bombus aquis impactus agit per cærula fluctus,
Ludicra tempestas jucundo horrore per undas
Diditur, atque animos mentito Marte serenat.
Nunc mea Calliope rabido præcordia motu 216.
Concutit, & stimulis ad carmina grandibus urget ;
Vena tumet, furor intus agit, vehementior urit
Ossa calor, majorque animum Deus incitat œstro.
Fama volat, Latio venisse e littore puppem
Portantem, non argenti sacra pondera, fulvos
Non auri cumulos, irritamenta malorum,
Palladias sed opes, doctrinarumque reperta,
Divinas veterum chartas, quas solvere nullæ 224.
Annorum valuere moræ, quas carpere nunquam
Jmber edax potuit, nec sævi injuria venti,
Sed vivent alios, aliosque animosa per annos
Romuleas moles ultra, atque audacia saxa
Pyramidum, Rhodiique etiam post fata Colossi.

Actu-

Vedresti allor le Muse in vaga foggia
Schierate uscir dal Tencinian Museo,
Ed alla poppa accelerar le gare,
Pressare instando, e romor lieto alzare.
Le belle chiome dalle spalle annodano 234.
Disgomitate, e le gonne succingono;
Le amate some sulla riva approdano,
Quindi al prefisso albergo le ristringono:
Libri un sull'altro nei canestri assodano,
Recansi a spalla, o sotto il braccio stringono;
Altri affasciati pur sul capo tolgono,
E per la via i dolci canti sciolgono.
Sì l'api van di primavera i fiori 242.
A depredar dalle incerate celle;
Vagan pei prati, e copia ai lor lavori
Dolci favi a stipar portano snelle:
Và il rombo intorno, e i tremuli stridori
Per l'aria van. Le Muse ammíran quelle
Ampie stanze, e lì alfin si loca, e bea
L'Aonio Coro, e la Faconda Dea.
Quanto Arabi, Caldei, Greci, Romani 250.
Scritto lasciar di memorando a noi;
Quanto il Giudeo concepitor d'arcani
Per bocca udì de' profetanti Eroi;
Quanto altro mai per secoli lontani
Fama eterna levò sui vanni suoi,
Quì chiude. Or chi dirà li nomi, e i scritti,
Che stan saldi di morte ai fier conflitti?

Evvi

Actutum celeres facto velut agmine Musæ
Linquere dilectas ædes, Tencinia tecta,
Inque coronatam certatim irrumpere puppem.
Fit strepitus, seseque omnes hortatibus urgent.
Jllæ autem nudis mediâ plus parte lacertis, 234.
Et nodo post terga comas, tunicasque revinctæ
Tot gazas properant notam transmittere in ædem.
Tum mole immanes, ceu pondus amabile, libros
Lævo pars humero, geminis pars gestat in ulnis,
Ast aliæ plenis simul asportare canistris,
Jllæ alacres capiti gaudent imponere summo
Fasciculi in morem, & per iter sua carmina cantant.
Haud aliter sub sole novo per florea late 242.
Prata vagantur apes, & cerea tecta relinquunt;
Quæque suum convectat onus, labor omnibus intus
Hyblæos stipare favos, & condere mella;
Fit sonitus, vario mussant stridore per auras.
Mirantur sedes, mirantur & ampla locorum
Tot spatia; hoc variâ tandem Facundia linguâ
Constitit, inseditque cohors Heliconia tecto.
Quidquid Grajugenæ, quidquid mirabile quondam 250.
Romuleæ scripsere manus, Arabesque vetusti,
Fœcundæ & Vatum Solymæ, fœtæque sacrorum,
Jmmortalis habet sedes, quosque orbe sub omni
Æternâ æternat secum sapientia famâ.
Quid varias species librorum, & nomina mille,
Cunctaque funestæ scripta obluctantia morti
Enumerem, sacro stant quæque volumina tecto?

Britto-

Evvì il Britanno, èvvi il fastoso Ibero, 258.
E Francia, che ha tra lor la Signoria;
Evvi il Germano, e d'ogni magistero
L'inventrice regina Italia mia;
Poeti, ed Oratori, e quei che diero
A Repubblica leggi, e a Monarchia;
E chi il nascer dei Regni, e chi distese
Dei forti Duci l'ammirande imprese.

Sonvi color, che i nomi, ed i costumi 266.
Segnano delle terre, e i lor confini;
Le vie pingono in carta, e i boschi, e i fiumi,
E gli ondosi profondi, e gli alti alpini:
Son quei che mostran, come gli aspri dumi
Della milizia, altrui lieve cammini;
Regga gli alloggi, e le fortezze espugni,
Per mar, per terra e si difenda, e oppugni.

Là quelli son che alli cimenti estremi 275.
Di suoi arcani scoprir sforzan natura,
E virtù d'erbe, e delle cose i semi,
Di lei rompendo ogni intima chiusura;
Quà son color, che nei cerchi supremi
San d'ogni stella il nome, e la misura;
Quà pur son quei, che il vero eterno, e il giusto
Svelan da Dio prendendo il nome augusto.

Che tolgon degli errori il tristo panno
Schermendo il Mondo dai tartarei mostri,
E i divi lumi al Ciel rapiti fanno
Arder in terra negli eterni inchiostri.

Tutto

Brittones hic habitant, hic dives Jberia regnis, 258.
Et quæ fastosos superavit Gallia Jberos;
Has Germanus habet sedes, has Itala tellus
Artium adinventrix, doctrinarumque magistra:
Aspiceres mille Orantum, mille agmina Vatum;
Qui primos regnorum ortus, atque inclyta narrant
Facta Ducum; sanctis magnas qui legibus urbes
Fundarunt, populo & norunt dare jura regendo;
Qui cultus hominum varios, & nomina præbent, 266.
Atque docent certos Mundi cognoscere fines,
Et nemorum anfractus dubios, atque alta profunda
Et cursus varios fluviorum, & culmina montium
Describunt tabulis; fera munera militiai
Qui tradunt, quæ nempe Duci sit cura adhibenda
Seu moveat, seu castra locet, quibus artibus arces
Expugnare, quibus detur defendere ab hoste;
Aut classem instruere, & pugnam committere in undis:
Qui sua naturam cogunt arcana fateri, 275.
Atque potestates herbarum, occultaque rerum
Semina disquirunt, ausi penetrare latentes
Terrai latebras; vastum super æthera vecti
Qui numerum produnt stellarum, & nomina signant;
Nubila qui tollunt errorum, invisaque terris
Monstra arcent, & rapta polo tot splendida rerum
Lumina victurâ memores clausere papyro,
Augustumque Dei ducunt de nomine nomen.

T Omnia

Tutto quì chiude, e alluoga: e tutti ſtanno
A guardar libri d'ogni palco i chioſtri.
Pugnan, pugnano ancor gli emoli Autori,
E vivon anco i pertinaci ardori.
Ergiti, o Malta, e le atterrate luci 288.
Leva a vedere, e dal tuo ſonno emergi.
Sei pur chiara in trionfi, e chiara in Duci
Oltre ogni terra lo tuo lume aſpergi;
Ma ſe no'l foſſi, or quì tanto riluci,
Che in queſto ſol tue glorie al Cielo adergi:
Quì un tempo vedrai far le dotte Moſtre,
Qual vide Grecia l'Olimpiache gioſtre.
Là i popoli correan, che udìano farſi 297.
Applauſi, e ſerti ai vincitor valenti;
Quí gioſtre pur di dotta polve ſparſi
Giovani agiteran di gloria ardenti;
Quà verranno di lauro a inghirlandarſi,
E premio aver degli onorati ſtenti;
Vedraſſi ai lampi delle dote gare
Mai ſenza gloria neſſun di paſſare.
Sì l' Iſtmico corrier, cui l'altro aggiunge, 304.
Cieco fuggir l'invola, e rapid' ira;
Urtaſi piè con piè, gloria lo punge,
E a patto della morte a un ramo aſpira.
Così, cui dell' onor di ſchatta eſpunge

L'igno-

Omnia tectum ingens gremio tenet, omnia condit,
Atque omni loculo rerum cuſtodia ceſſit;
Scriptis nulla quies, pugnant ſcripta æmula, pugnant
Uno ſtare loco, poſt mortem odia improba vivunt.
Dejectos attolle oculos, atque exere vultus, 288.
O Melite, & fœtam libris circumſpice molem.
Si non clara viris eſſes, & clara triumphis
Ante alias quaſcumque orbis complectitur oras,
Hoc uno poſſes aliis contendere tecto,
Æquaresque tuum terris & nomen Olympo.
Jlla tuis ſedes olim ſpectacla colonis
Miranda exhibeat, doctaſque ex ordine pompas,
Qualis Olympiadas concurſu Græcia magno,
Doctaque ſacrabat Muſis ſolemnia; ibi ingens 297.
Victorum plauſus, ſperataque ſerta ferentum:
Hic etiam docto certamina pulvere pleni
Jnſtituent juvenes, patriæque & laudis anheli
Emeritum capiti decus & frondentia poſcent
Præmia, quemque ſuus labor inſtigabit anhelum
Scribendi, nulluſque dies inglorius ibit.
Sic ubi in Jſthmiacâ pubem decurrere arenâ 304.
Suaſit amor; rapit attonitos fuga cœca, viamque
Præcipitant omnes accenſi laudibus, & jam
Calcem calce premunt, ſeſeque evadere tentant,
Nulla pedum requies, ſua gloria quemque laceſſit,
Promiſsâque placet mortem pro fronde paciſci.
Sic etiam indecores, & ſtirpis honore carentes
Clareſcent famâ, atque obſcuro ſanguine creti

 Jllu-

L'ignobil patria, in miglior auro tira
Per mercè di Tencin l'alma onorata ;
Tal fama a lor, tal gloria ai studj è data.
Quindi d'abito varie, e di paesi 316.
Quà verran genti d'ammirar bramose:
Parmi veder gli stessi spirti ascesi
Quì affollarsi, e l'Elisie Ombre famose ;
Correr gli antichi Greci in gara accesi
A riveder lor opre gloriose
Di carteggiar non sazj i proprj scritti,
E ravvisarsi contro al tempo invitti.
Nè più curar le ripe verdeggianti, 324.
E i letti erbosi dei giardini eterni ;
Quì tutto dì fermarsi, e bocchegianti
Gestir di gareggiare in canti alterni :
E gli astri alla notturna ombra ammiranti
Taciti scender dai giri superni,
E al nuovo Tempio dagli antri montani
Gli oracoli a imparar venire i Pani.
E i Dei stessi narrar, come alto nuote 333.
Nostr' Orbe in mezzo degli eterni fuochi,
Erri, e leggi abbia pure, e vie bennote,
E fra gli altri or traente, or tratto giuochi ;
Come Cinzia nel mar governi, e ruote
Insù, e ingiù alternando i flutti fiochi,
E in mezzo all' Oceáno accolmi l'onde,
Poi le rilasci insulle curve sponde,

E qual

Jllustres studiis, & honoro pectoris auro
Mutabunt genus, atque animos ad sidera tollent
Tencini impensis erecti, & divite censu ;
Tantus honos studiis, tantorum ea fama virorum.
Tam variæ hinc cælo, quam cultu vestis, & ore 316.
Huc gentes venient studio tot scripta videndi :
Jpsi etiam Elysiis Manes e vallibus ultro,
Jllustresque animæ, veterumque examina Grajum
Exilient propere, & felicia tecta subibunt,
Lætaque certatim proprios spectare labores
Ter, quater evolvent, proprios contingere fœtus
Gavisa inter se, seseque agnoscere in illis ;
Jam fortunatas sedes, & amœna vireta, 324.
Riparumque thoros regni aspernantur opaci,
Et cupiunt votis docto consistere tecto,
Exigerent totos pulchro certamine soles,
Miscerentque sonos, alternaque carmina hiarent.
Huc & nocturnâ descendent astra sub umbrâ
Prolapsu tacito, montanis Panes ab antris
Erumpent tantum cupidi cognoscere limen,
Eque novo incipient oracula discere Templo.
Quin & Cœlicolæ monstrabunt sede sub istâ, 333.
Quid Mundum per inane regat, quibus erret in orbes
Legibus adstrictus, varioque per æthera gyro
Palantes inter colludere gestiat ignes ;
Quid regat alternos æstus, quâ vi alta tumescant
Æquora, & elatis insurgant fluctibus undæ,
Humida quid jubeat retro sublapsa referri

Cæru-

E qual distinto in color varj n'esca 340.
Il volto delle opache, e pigre moli;
Come il parto si schiuda, e viva, e accresca,
Poi concèpa esso pur novelle proli;
E come addentro nella terra incresca
Il metallo nascosto in varj suoli
Serpeggianti, scherzosi; e l'alto Giove
Come col tuon carreggia, e come piove.
Sì pria ne' divin carmi a noi svelate 348.
Di Natura le vie sian per lor dono:
„ *Poi DURIN quì udiremo il sommo Vate*
„ *Rimodular l'intraducibil suono,*
„ *Ammirando le corde in Ciel temprate*
„ *Per sua man risuonare in uman tono:*
Altri te cerchi allora, o Aonio Monte,
Ch'io non più curo i lauri, e il sacro fonte.
Nè parlo invan; quanti, o Tencin, rimiro 354.
Ire, e tornar di vera laude ardenti
Nel tuo Museo, e stancar senza respiro
Dì e notte a muta le vigilie, e i stenti;
E le dottrine poi, che quì rapiro,
Sparger di nuovo alle studiose genti?
Ma Liladam dal suo Castello uscire
Manifesto già parmi, e così dire;
Glorioso Tencin, che un nido indegno 362.
Cangiar sapesti in ammirando ostello,
Di Pindo Architettor; qual premio degno
Avrà il Tempio Palladio altero, e bello,
Qual

Cærula, disparium quæ sit fœcunda colorum 340.
Causa, & quid nitidos det opacis rebus amictus;
Quo pariat motu tellus, unde auctus alatur
Fœtus, & ipse novâ maturus prole gravescat,
Monstrabunt & opes, quas intra viscera tellus
Condidit, ambiguo quâ flexu ludere gestit
Materies, variisque effingere strata metallis;
Quo pluviæ tractu, quo rauca tonitrua terris
Desiliant, cœcas dignati expendere causas, 348.
Naturæque vias, & tenuia semina rerum.
Forte sinent etiam Durinum advertere Vatem
Mirandos numeros, & non imitabile carmen;
Tunc mihi formosi valeatis culmina Pindi,
Castaliique lacus, nec curem Phocidos antra.
Servant verba fidem: quot veræ laudis alumnos 354.
Jre, redire sacros video, Tencine, penates,
Nocturnas sudare vices, vigilare diurnas,
Haustaque facundis ad plenum oracula libris
Largius in dociles effundere plurima gentes?
Nunc vero videor manifesto in lumine Magni
Jngentem Liladami umbram Michaelis ab arce
Cernere solventem grates, & talia fantem,
Macte novis Tencine adytis, qui fœda locorum, 362.
Jnformesque situs mirandos vertis in usus
Musarum molitus opes, quæ digna rependam
Præmia, digna tibi, sacræ qui Templa Minervæ
Urbe locas mediâ? Meliten sapientibus ipse
Jnsta-

Qual degno premio tu? io il dotto regno
Rinfreſcherò quì ognor di fior novello,
Fugherò le ſciagure, e i rei coſtumi,
E a te gran vita impetrerò dai Numi.
Per me tu Prence queſte terre avrai, 370.
Queſt'onde e tu dominator potente.
Vaſſalli, e Cavalier per me vedrai
Affollarſi a inchinarti, e ſtrania gente,
Ch'io ſtenderò la fama ove oltre ai rai
Del dì non ſi riſcalda il Carro algente.
Poi te nel tuo Muſeo faro immortale,
Ch'eterno egli è, e il tempo invan l'aſſale.
Dal ſacro limitar lungi il Rifeo 377.
Turbo terrà le pioggie fulminanti;
Comprimeranno i venti il ſoffio reo,
L'auguſta ſede, e maeſtà tremanti:
Nè Toſco, Vatican, Franco Ateneo
Più di queſto avrà mai cultori, e vanti.
Diſſe, ed a Malta in maggior lume arriſe,
Poi fra le ſtelle il capo auguſto miſe.



Jnſtaurabo viris, doctâque afflabo juventâ,
Avertam peſtes populis, moresque ſiniſtros,
Extendamque tuæ felicia ſtamina vitæ;
Te faciam & merito Proceres diademate cingant, 370.
Jnſulæ & agnoſcant Dominum maris uſque potentem;
Ante tuos vultus Melite tum confluet omnis,
Omnis Eques ſacræ concurret ad oſcula dextræ,
Nam famæ nec finis erit, nec terminus ullus.
Non hæc longa dies tua tecta aboleverit unquam,
Æternis ſtabunt foribus, populisque pateſcent,
Sacratum & Muſis non ipſe licentior imber 377.
Limen edet, trepidæque avertent fulmina nubes,
Et compreſſa metu ſervabunt murmura venti
Auguſtam ſedem, majeſtatemque trementes;
Nec Vaticani plus aurea limina Montis,
Nec Medicæa Domus, nec plus penetralia Galli
Regis, Athenæum nec plus habitabitur ullum.
Dixerat & ſacram radiis majoribus urbem
Jmplevit, ſuperas ſimul atque evaſit ad auras.



Per la Traſlazione
Della BIBLIOTHECA TENCINIANA
Nella Piazza dei Cavalieri
a publica commodità.

ECco, nobil Maggion, li dotti arredi
Ogni tuo muro vedovo depone,
E meſta la parete intorno vedi,
Che richiama l'onor di ſue corone:
Mute però non reſtan le tue ſedi,
Finche alberghi Tencin, nobil Maggione;
Che per ogni moderno, e antico autore
Parla la mente ſol del tuo ſignore.

Per la Medeſima.

Di nobil gioventù quì dove brilla
Raccolta a novellar frequente ſchiera,
S'apre alle Muſe profughe tranquilla
Sede, ove ogni arte buona alberga, e impera.
L' inonorata ſua indol primiera
Di giuochi, e vizj ſu richiamo, e ſquilla;
E nome avea di triſta fama, e nera
Queſta di patrimonj ingorda Scilla.

Di

DE
BIBLIOTHECA TENCINIANA
Jn Forum Equitum translatâ, publicoque usui dicatâ.

EPIGRAMMA

ECce tui docto viduantur pegmate muri,
Mœstaque nudato parjete tecta silent;
Nou tamen omnino mutesces, nobile Tectum,
Dum tua Tencinus limina tangat herus.
Antiquûm pro tot libris, scriptisque Recentum
Mens satis est tanti, mens satis una Viri:

De eâdem.

HEic, ubi magnanimorum Equitũ manus emicat ardens,
Collecta & studio confluit alloquii,
Panduntur profugis gratissima limina Musis,
Jngenuisque frequens Artibus hospitium.
Ante fuit turpi tectum illaudabile famâ,
Probrosisque fuit lusibus ante locus;

Di rissa il tavoliere, e d'ira pregno
Vedeasi prima, e di menzogne, e accuse,
Dove l'onor Palladio or si trasfuse.
Gioisci, o Malta, e voi gioite, o Muse;
Che per alterno acquisto onesto, e degno
Tu nuova glora n'hai, voi nuovo regno.

Al Custode della Medesima Bibliotheca.

Del tempo intatti all'ire
I libri a custodire
S'ebbe alla tua virtude, Agius, ricorso:
Ben giusto è che si vante
La tua virtù di sostener sul dorso
Il peso, che sgomenta il vecchio Atlante:
Ma i libri a custodir la dotta Dea
Nè miglior'uom, nè miglior luogo avea.



Vidiſſes rixis, & fervere cuncta fritillo
Atria, Palladius nunc ubi ſpirat honos.
Jam gaude, o Melite; Aonidum tua gloria facta eſt:
Gaudete, Aonides; veſtra modo eſt Melite.

Ad ejusdem Bibliothecæ Præfectum.

DOctorum, Agiuſi, monumenta tuere Virorum,
Namque ea virtuti debita cura tuæ:
Theſauris tantorum operum tu ſufficis unus,
Vixque ſenex oneri ſufficit orbis Atlas.
Doctorum poſſunt ſervari ſcripta Virorum
Nec meliore Viro, nec meliore loco.



Vidisses rixis, & fervere cuncta fritillo
Atria, Palladis nunc ubi spirat honos.
Jam gaude, o Melite; Aonidum tua gloria facta est:
Gaudete, Aonides; vestra modo est Melite.

Ad ejusdem Bibliothecæ Præfectum.

Doctorum, Agusi, monumenta tuere, Virorum,
Namque ea virtuti debita cura tuæ:
Thesauris tantorum operum tu sufficis unus,
Vixque senex oneri sufficit orbis Atlas.
Doctorum possunt servari scripta Virorum
Nec meliore Viro, nec meliore loco.





EPISTOLÆ & SERMONES VARII.





FRANCISCO DURANDO

Canonico Metensi.

Durandi, mihi quem conjunxit fœdere amico
Plurima doctrina, & rerum pulcherrima virtus,
Ingeniumque sagax, niveusque in pectore can-
Moresque ingenui, valeas queis rupibus ortos (dor,
Caucaseis homines ad te velut Jndica magnes
Attrahere, ac penitus possis mollire, tuique
Reddere amatores; facere in regione Metensi
Quid nunc te dicam? nunc cum resoluta colores
Pingat humus varios, nunc cum omnis frondibus arbor
Luxuriet fœcunda novis, & montibus umbræ
Densentur, Dryadesque tegant, Satyrosque biformes.
Ten' secessus habet spatiantem ruris amoeni?
Ten' recreat tellus ornata virentibus herbis?
Et tacitus nemore in denso, aut in valle reductâ

Pro-

Propter aquæ rivum faſtidia longa diei
Æſtivi ut fallas, Veterum aurea ſcripta revolvis,
Conſcribisve aliquid Muſis, & Apolline dignum?
Jngenium namque haud hirſutum, non turpiter hirtum,
Non tardum dederunt tibi Dii, ſed munere largo
Divitias menti tribuerunt, & bona ſolis
Jntellecta piis, vulgo ignorata prophano.
O te felicem! talem cui fata dederunt
Mentem, quæ vulgi damnoſis libera curis
Vera ſequi certet bona non obnoxia morti.
O ego quam felix! talem ſortitus amicum!
Nunc quid agam, fortaſſe abs me, Franciſce, requires,
Et quibus oblecter ſtudiis. Modo carmina condo,
Carmina, quæ tenui dat ludere Muſa cicutâ,
Quæ ſermone hominum conſueto non procul abſunt;
Aut aliquid Flacci relego, doctique Maronis,
A quibus & melior, & doctior inde recedo;
Nonnulla interdum & dictata recentibus. Hæ ſunt
Deliciæ nobis, hæc nobis læta laboris
Perfugia, huc laſſi curarum, urbisque tumultu,
Tranquillum velut ad portum divertimus: oh! tu
Accedas, Franciſce, mihi nil deeſſe putarim.
Quare age, ſi cupis omni nos ex parte beatos,
Huc ades, & charos feſtinus viſe ſodales:
Te Perrinus Eques, Phæbi Perrinus amores,
Caſtaliique chori, te Pindi gloria Vatry,
Divitias Grajum innumeras qui pectore condit,
Noſter & Halarius, teretes cui Cynthius aures

Formavit, verſu atque alii quos dicere non eſt,
Una omnes mœrent longum te hinc abfore tempus.
Jpſe etiam glauco velatus Sequana amictu,
Centum cui vitreis famulantur Najades urnis,
Te vocat, atque diu nimis indignatur abeſſe.
Ergo veni, neu te ſylvæ, villæque paternæ
Detineant, rivis nec prata recentia, nec qui
Metenſes campos riguus perlabitur amnis.
Hîc quoque ſunt villæ, ſunt prata jacentia longe,
Fluminaque obliquas inter ſtrepitantia ripas,
Frigida & hic Tempe, hic ſaltus, ſylvarum & opaca
Hoſpitia invenies, fortunatosque receſſus.
Hîc quoque pro libito poteris momenta dierum
Singula partiri, mane hæc, naſcenteque ſole,
Jlla cadente, alia atque aliis venientibus horis.
Hic poteris veteres manibus verſare Poetas,
Qualis Virgilius noſter Maro, qualis Homerus
Mœonides, cujus vivo de gurgite Vatum
Combibit arcanos Pimpleia turba furores.
Hîc, quibus ipſe voles, vel quando, frueris amicis,
Me ſimul, atque aliis, me plus tamen omnibus uno.
Et quoniam ſylvæque placent, & ruris amœni
Te illectant virides umbræ, tacitique receſſus,
Nec tamen humanis convictubus aſper abhorres,
Cum, Franciſce, voles, ſimul ad formoſa vireta
Ibimus, & lætas quas Matrona perſtrepit ædes,
Hîc ubi deliciæ Pindi, Suadæque medulla
Halarius non difficilis, non durus amicis

Elapſus

Elapſus ſtrepitu, dirisque tumultibus urbis
Ducit ſollicitæ jucunda oblivia vitæ,
Oblitus Procerum, & ſemper variabilis Aulæ,
Regibus Aſſyriis felicior, & bona carpit
Hortorum nemorumque, & frigus amabile ruris
Cum Nymphis, Genioque loci, ſtipatus amicis,
Muſarumque ſacro conventu. O! ſi illius eſſet
Vena mihi, Auſoniam Muſas qui duxit in Urbem
Hellade ab uſque, rudes ſacro & qui pectine chordas
Molliit in cantum, cytharæque aptavit eburnæ!
Non ego Verſalias arces, non Regia Tempe,
Non auro illuſas ædes, radiataque tecta,
Quæ circum Pariis ſplendent effulta columnis,
Concinerem; noſtræ te ſolam ſponte ſonarent
Halariana lyræ, tu villa inſignior omni
Me fieres dicente tuos, loca grata, penates.
Ingenium quam mite ſolo! quæ forma, ſitusque
Temperies, placidoque venit quæ gratia cœlo!
Formoſis qui cultus in ædibus intus, & extra!
Certatim Charites dices hæc tecta Sorores
Dædaleâ ſcripſiſſe manu, tot commoda ubique
Hîc fundunt ſe ſe, veneres & ubique tot inſunt,
Tantus ubique nitor, tam munda, hilarisque ſupellex,
Tam jucunda quies, atque alta ſilentia regnant,
Rumpere quæ ſoleat nil præter ſibila læta
Paſtorum, aut volucrum modulamina matutina.
Quid memorem villæ conjuncta vireta, nemusque,
Halario multam domino quod porrigit umbram,

W 2 Cuncta

Cuncta ubi dulce silent, & vernâ pace fruuntur,
Ducere ubi lætas Faunorum ad plectra choreas
Percupiant sparsis per eburnea colla capillis
Rusticæ Hamadryades, facilesque ad furta Napeæ.
Quid scenæ speciem? quam circumductus in orbem
Continuus collis, subjectique æquora campi
Ostendunt, & quæ illo sunt miracula tractu.
Dilecta ora mihi, salve, ridentis ocelle
Veris, salve iterum, & salve sacra ora Deorum,
Quam lætus collesque tuos, flexusque tuarum,
Matrona, lympharum, sylvasque, & rura revisam!
Quamque lubens cupio, Durandus sit modo mecum,
Halariæ in gremio villæ residere beato!
Ergo, age, si qua mei cura est tibi, si qua tuorum,
Huc, Francisce, veni; venientem ego primus amicus
Agnoscam, primus teneris complexibus ora
Impediam, primus collo dabo brachia circum.
Quare adsis, Francisce, precor, qui jam mihi plures
Expectatus abes menses, huc ocyus ad nos
Accurras dum plana via est, corrupta nec atris
Imbribus, immundoque luto, dum lumine Titan
Perfusus roseo longas dat currere luces.
Hos tibi perpaucis absolvi fervidus horis
Versiculos sermone rudi, musâque pedestri,
Qui vulgi sermone nihil distare videntur.
Scilicet hinc noscas quam sit mihi curta supellex,
Quam longe, Francisce, illis & laudibus absim,
Quas tribuis mihi facundus nimis atque profusus.

Re-

Restat ut excuser, si me studiosa voluptas
Longius abduxit tecum, Francisce loquendi;
Sed vice sermonis fungetur epistola, quando
Non licet, ut semper cupio, te cernere coram.

Ad Eumdem.

NE me forte putes commotâ mente furentem,
Scribere quod pergam versus, & amare Camoenas,
Accipe consilii causas, ne crimine damnes
Non suo inauditum judex injustus amicum.
Principio, verbis utor si quando Latinis,
Ut semper tecum, par est mihi pœna solutas,
Aut vinctas numeris scribenti includere voces,
Hisque animi, quoscumque velim, depromere sensus,
A me præsertim si non sublimia poscas:
Sed minimis sis contentus, Musâque pedestri
A sermone mero nihilum distante; loquenti
Si quid præterea exciderit durum, vel hiulcum,
Quod castigatum tibi non videatur ad unguem,
Non ideo inscitiam accuses, rhoncosque Poetæ,
Legibus at versus tribuas, jurique severo,
Quod persæpe vetat fari quo more liberet.
Sic facilem nostris, si quid peccavero, nubem
Prætendo vitiis; sic vana est gloria sarta,
Tectaque, sicque meo ipsius servitur amori,
Qui tacitus semper subrepit, & improbus usque
Se obtrudit, comes ad tumulum, cineresque futurus.
Denique facundas semper blandasque Camoenas

Di-

Dilexi a teneris, coluique ; hinc tingere labra
Fonte Caballino faciles tribuere roganti ,
Jllimis non quâ manat de monte, ſed imam
Quâ vallem rigat, & lapſu coenoſus oberrat.
Hinc diſcas, quare curram lutulentus , & unde
Carmina noſtra abeant paleis, & putribus atra
Frondibus, & nares cogant perſtringere odore,
Qualem foeda palus , triſtisque emittit Avernus.
Sed quid vis faciam ? ne ſcribam carmina ? porro
Ante extorquebis, ne curem vivere, Muſas
Quam linquam, licet averſas, minimumque faventes.
Tanti eſt a teneris aſſueſcere, cui ſemel arti
Dedideris puer ingenium, ſic deinde tenebis ,
Inde ut te ſolæ valeant avellere Parcæ,
Stamina cum vitæ rumpent, urnâque recondent.
Aſſuetus ſylvis catulus, leporesque fugaces
Voce agere, & curſu, ſaltus amat , avia quærit,
Rupesque, ac ſenio quamvis confectus anhelet,
Non ideo infractus venari deſinit ; aut cum
Eripuit vires ætas, vel currere tentat
Emeritus, vel poſt prædam per ſomnia latrat.
Hac ego adhuc juvenis compellor imagine ; Vates
Namque amo, ſuſpicio, & veneror; veteres ego dico,
Quorum ſcripta Palatinâ ſervantur in Æde,
Non ætas quos noſtra tulit, quos rudere dicas,
Paucos ſi demas, quos dexter amavit Apollo,
E vulgo ereptos quos vexit ad æthera virtus,
Doctaque victurâ præcinxit tempora lauro.

Ex

Ex his esse velim ; sed si sublimia posco,
Tum pennæ me deficiunt, trepidante volatu.
Serpo miser, video, non est mihi amica Poesis ;
Linque igitur : nequeo. Cur hoc ? quia prisca retardat,
Et vinctum retinet me consuetudo catenis.
J, puer ; hæc charo portans quoque scripta Durando,
Esse mei memorem, simul & salvere jubeto.
A curis si obsessus erit, si septus amicis,
Ne importunus adi. Decisa negotia demum
Ut fuerint ; tunc convenies, & carmina reddes,
Cum vacuus, cum lætus erit, cum nostra reposcet.
Est, quo quæque modo res, & quo tempore fiat.

ad Amicum

DIc mihi per superos ! quo fit cantamine ? tecum
Ut quoties vario tempus sermone fefelli,
Et modo te Grajos, ingentia nomina, Vates
Tollentem cœlo, modo quos OEnotria tellus
Æmula progenuit, Phœbo plaudente ferentem
Audivi, dicenti tibi vis & gratia tanta est,
Jncaluit subito ingenium, præcordia multo
Jntumuere Deo, juvat ire, & visere colles
Aonios, nostræ desertaque littora Musæ,
Et rursus libare amnes, sacra pocula, vivo
Gurgite, contractas clamosa per atria sordes,
Pulvereosque artus puris abstergere lymphis.

Qnid

Quid? cum pone ſequens veterum veſtigia Vatum,
Et quæ laudaras miracula verſibus æquans
Ipſe Venuſino tentaſti carmina plectro,
Seu non hærenti cingis mea tempora lauro,
Sive juvat Bromii genialia feſta referre,
Et titubantem ad Martinalia pertrahis Evan.
Tum vero arrectas præbentem cantibus aures
Cepit amor doctæ me flagrantiſſimus undæ
Plusquam Tantaleos referens in faucibus æſtus.
Scilicet optavi ſorbere Aganippida longis
Tractibus, & totum in pectus deſcendere fontem.
Ergo te magicis animos invertere dictis
Theſſala anus docuit, mentesque accendere cantu;
Nec purus fuit ille liquor, quem verna paravit
Sorbendum paterâ labris ſpumantibus atro
Fornice; miſcueras ſuccos, herbasque potentes
Et prius eſt calidâ conſperſus pulvis in ollâ,
Addideras nutus, & verba juvantia; certe
Et vidi, & memini, ter ſacras corpore pronus
Muſſaſti voces pateræ propiore ſuſurro.
Quod ſi te magicâ pollere negaveris arte,
Cauſaque non ſoliti quærenda ſit altera facti;
Quid dicam? niſi te præſens mihi Numen adeſſe,
Aut præſtare vices, & Phœbi munus obire?
Nam facis expertæ ſi qua eſt fiducia Muſæ,
Atque aliquod Numen mentito nomine credam,

Dum

Dum canerem, cecinisse Deum sub pectore sensi.
Te genuit Delos, non te tulit Itala tellus;
Incolit humanâ Phœbus sub imagine terras,
Credite, qui sacros inspiret Vatibus ignes.
Sis bonus o! vivax memori de pectore nunquam
Excutietur honos, & tanti gratia facti:
Teque canam, & si quid poterit mea Musa placere,
Muneris esse tui dicam, quodcumque placebit;
Atque, ut cœpisti, deinceps si pergis adesse,
Pagina prima tuum, postremaque nomen habebit.

Ad Amicum.

Usque adeo comis es? vix possum gaudia mente
Complecti, quod te fuerim sortitus amicum:
Sidere sum dextro natus, sua fulmina lævum
Jupiter intonuit, cum cæpi luminis auras
Aspicere, & teretes tumuerunt sanguine venæ.
Næ! per ego Cœlum vivo, per numina, felix,
Si tibi amicitiæ me vis conjungere nodo.
Nunquam deficiet mea pars, tibi semper amoris
Vectigal solvam, tibi amor tribuetur amanti;
Faxit, amicitiæ modus absit, mutua virtus.

Ad Amicum.

Sic raro scribis, ut toto non quater in anno
Membranam poscas, ajebat Horatius: at tu
Longe etiam Flacci Damasippo segnior ipso,
Vix semel, atque iterùm totos deposcis in annos.

Ex quo miſſa tibi poſtremo eſt littera, quintus,
Ni fallor, jam menſis abit, ſi littera, dici
Jlla poteſt, quæ ſicca fuit, jejunaque, centum
Non conſtans verbis, nec plus quam verſibus octo.
Sat video, noſtri quod te non amplius ullus
Tangit amor, quod fracta tibi jam teſſera, quodque
A poſt inventis vetus eſt expulſus amicis.
Nempe huc ſpectabant mihi quæ vicibus repetitis
Præcepta ingereres, non ſcripta requirere muta,
Sed cor amicitiam; tanquam ſi vivere poſſent
Vel lignis ſine prunæ, vel dapibus ſine corpus.
Dilecti certe vult res cognoſcere amici
Quisquis amat; tuncque incipiunt oblivia, quando
Vis decreſcentis ſenſim langueſcit amoris:
Contra, nil quorum nos curâ tangimur, illos
Negligimus, nec, quî valeant, num proſpera cuncta
Succedant, petimus, ſive id contingat eo quod
Illos haud magni facimus, ſeu forte quod ultro
Odimus, & noſtris ſtudiis, animisque putamus
Indignos. Amor eſt verus velut ignis; uterque
Vividus, impatiensque moræ, impatiensque quietis,
Et cito ſi motum demas, moriturus uterque:
Et vis eſſe aliquem, qui nil agat? hoc ego ſane
Tum demum credam, cum flumina volvere flammas
Videro, & e flammis exire voracibus imbres.
Pervolve hiſtorias, & ſi quem noris amicum
Poſcentem tantum ſolæ commercia mentis,

Qui

Qui ſine colloquiis, ſine miſſâ utrinque papyro
Vixerit, atque ſui nil ſcire optarit amici,
Ut longo cenſes mecum eſſe a tempore agendum,
Tumque manus victus dedero, & contentus abibo,
Unica ſi bino veniat mihi littera luſtro.
Tyrorem certe ſibi charum hortatur, & optat,
Sæpe ſibi ut ſcribat, Cicero, qui ſæpe Tabellas
Tulliolæ, Quintoque dabat, reliquisque ſuorum,
Qui ſibi amicitiâ fuerunt, vel ſanguine juncti.
Nempe indoctus homo pulchra hæc non audiit unquam
Dogmata, quæ noſtra hæc ſervata in tempora, quando
Ætas fertilior quam quælibet Africa monſtris.
Aſſiduis at enim curis pene obruor: unde
Sed facile emergas quâ polles ingenii vi.
Anne putas, nullo mihi tamquam injuſſa labore
Carmina profluere, & Muſas ad vota faventes
Scribere cum libeat faciles effundere verſus?
Falleris; eſt pluteus cædendus, ſæpius ungues
Mordendi, ut longo tandem poſt tempore partus
Prodeat informis, qui incudem poſcat, & ignem.
Sed morem gerere, atque ſibi placuiſſe peroptans
Me frango, & Phœbo invito conſcribere conor.
At tu nulla tamen noſtræ reſponſa dediſti:
Peccatum fateor; ſed ſi dignoſcere cauſam
Vis penitus culpæ, tacitus te concute, ſodes;
Nonne ſpopondiſti pauco poſt tempore plura
Te fore ſcripturum? inde infer, quis ſit reus; an qui
Neglexit tacitus promiſſa implere, vel ille

Qui promiſſa ſibi tacitus, patiensque petebat.
Littera ſed nimium noſtra hæc eſt longa ; valeto ;
Atque datam perſolve fidem, quandoque licebit :
Quod monitis ſi forte meis parere recuſas,
Expectaque truces, plenosque doloris Jambos,
Quos mea me primum rabies tentare docebit.
Verum tu monitis præbe melioribus aurem,
Et placidam pacem noris præponere bello.

Ad
Jlluſtriſſimum Dominum Abbatem De Malide tunc Vicarium Generalem Eminentiſſimi Cardinalis de ROCHECHOUART, nunc Epiſcopum.

NE mihi Lethæis hauſtas de fontibus undas,
Aut tua ſparſa leves benefacta, Malide, per auras
Jre procelloſo credas ludibria vento,
Accipe, cur longum ſileam ; ne crimine damnes
Non ſuo inauditum judex injuſtus amicum.
Ac primum vereor, ne te fortaſſe, Malide,
Interpellem ; idcirco ſcribo rarius, & me
Invitus frango, quod te importunus adire
Nec volo, nec poſſum; ne me cum bile repellas
Neve citum jubeas mea me mihi habere, measque


Fer-

Ferre alio, poſſim vacuis quas vendere, nugas.
Nam cum, quod ſcribam, nihil eſt ; tum dicere cogor
In buccam primum quidquid venit, & tibi demens
Obtrudo, quas admoveas melioribus aures.
At quando ſtimulos miſſa abs te littera ſubdit,
Officiumque jubet tibi reſpondere, mihi omnis
Scrupulus ex animo eximitur, calamumque repoſco
Haud veritus, Veneris detur mea charta Marito
Fruſtatim lacerata prius. Quod diſcere quæris,
Quî valeam, quid agam ? facis id quod ſemper amice.
Vivere mi belle ſinit indulgentia Divûm,
Sat felix ; ſi non multâ mihi bile caleret
Exundans ſanguis, fieri cum plurima cerno,
Audioque, a quibus & ſenſus communis aberret,
Et quæ pacate, & tacite perferre neceſſe eſt.
Quid dicam, dicent alii ; nec plurima tecum.
Secretus luces ſolum in conclave reductus
Hinc procul a curis agito; Chartuſia ceu me
Brunoni addictum mediis in rupibus album
Clauderet, alpiniſque jugis : mihi redditus hîc me
Concutio ; hîc mecum rationes ſupputo ; moxque
Jlludo chartis aliquid, veteresque Poetas
Nocturnâ pertracto manu, pertracto diurnâ ;
Et blanda, & ſine fæce mihi ſolatia captans,
A ſapiente viro quæ nemo extorqueat, & quæ
Sola mihi reſtant. Latio quod Murice dudum
Promeritus quamprimum ornetur Rupichoartus
Gaudeo, quo tandem tibi Roma ſuperba placebis.

Vir-

Virtutes illi tantum lætanter amictum
Deproperant, fila attexunt, miſcentque colorem,
Urget opus Pietas, partitaque munia ſignat.
Nunc age Triptolemi cupiam frænare Dracones,
Quos dederat Juveni frugum mitiſſima Mater,
Semina cum juſſit totum diſpergere in orbem;
Aut mihi plumipedis concedi Perſeos alas
Quas habuit, vellem, cum Gorgonis abſtulit ora,
Aut gratum Muſis, & purpureæ Auroræ
Bellerophontis equum, cui pennas Rector Olympi
Annuit, æthereas ut poſſet nare per auras.
Hæc mihi, quæ cupio, ſi dona, Malide darentur;
Ocyus Auſoniam lætus deferrer in Urbem,
Jllius ut cinctos celebrarem murice crines.
At quoniam tantum mihi non licet eſſe beato,
Jmpulit ac Meliten Latii me gurgitis æſtus
Sævi inter fera monſtra maris, ſcopulosque latentes;
Ad celeres hilaris calamos, niveamque papyrum
Me refero, atque illi, quo poſſum munere vocis,
Gratulor; exilientque novo mea pectora ſenſu
Lætitiæ, ut tetigiſſe gradum ſanctiſſima virtus,
Quem meruit diſcam, rubrum & ſumpſiſſe Galerum.
Oh quales referet Tyberino in littore plauſus!
Quam grandi Heroam deducet Roma triumpho?
At cum regales optatus viſerit undas,
Sequana magne, tuas, hilari quis gaudia plauſu,
Quis feſtas voces referet, fremitusque faventes!
Queis & Naiadum chorus omnis & ille ſuperbus
Ge-

Geſtiet attollens lætos ad ſidera fluctus.
Hunc tamen at paribus lacrymis urgebit ademptum,
Cum ſeptemgemini repetent ſua munera colles,
Optabuntque Patrem Patrum, triplicique Coronâ
Emeritam pariter certabunt cingere frontem.
Sed quo me mea Muſa, rapis? jam deſine cantu
Garrire illepido; ſatis eſt utcumque Thaliâ
Hæc tenui verſu curſim potuiſſe referre;
Felix ſi placeat, natamque ad maxima mentem
Oblectent parva, & gratum teſtentur amorem.
Nunc ad te redeo, at paucis, Malide; precorque
Ut valeas, ut ſuccedant tibi proſpera cuncta,
Me rerum & pergas certum feciſſe tuarum.
Ipſe equidem curas inter te pectore nunquam
Dimitto, nunquam ſuavis ſpectabile vultus
Excidit ex animo ſimulacrum, & culta loquentis
Quæ comes æterna eſt facundis gratia dictis,
Ac morum nitor inſolitus, probitasque, fidesque
Alliciunt crebro meditantem. Tu quoque, quamvis
Sim tibi diſſimilis, meritis præſtantibus impar,
Haud vereor, noſtri quin vi compulſus amoris
Corde memor tacito recolas, quam dulciter olim
Ad Tyberim longas una deduximus horas,
Abſentisque oculis noſtra obverſetur imago.
Vive, vale, & tenui nimium ne parce papyro.



Ad

Ad Comitem Antonium Origo Patritium Mediolanenſem Poetam Egregium.

SInceri, Origo, videar male functus amici
Officio, graviterque nimis peccaſſe, meos qui
Reddere diſtulerim tam longo tempore verſus.
Erravi, fateor, mendaxque redarguor, at tu
Jgnoſce, & facilis, precor, obliviſcere culpam.
Parce lubens, iterum quæſo, tibi poplite flexo
Oramus veniam; non tu mihi durus, Origo,
Quem Charites ſanctis enutrivere ſub antris,
Exactor fueris, rigidusque, atque aſper amico,
Ut ſolet Jſacidum gens fœda repoſcere fœnus
Immodicum, triſtes ſimul ac venere Kalendæ,
Et niſi reddatur, pedicas, roburque minari.
Men' traxiſſe putas longos ducentia ſomnos
Pocula? mene tui cepiſſe oblivia? ſiſtent
Scilicet ante ſuos palantia ſidera curſus,
Ante ſuos verſo Eridanus petet agmine fontes,
Quam vultus ſimulacra tui, quam mentis imago
Excidere, & noſtro valeat tua pectore virtus.
Quod ſi ex quo liqui priſci monumenta Quirini,
Saxoſam ac veni Meliten, ubi munus obirem
Quæſtoris ſanctæ Fidei, Latonius axe
Tranſmiſit rapido inflexum ſua ſigna per orbem,

Nul-

Nulla tamen nostris te affata est pagina Musis;
Ah! rogo, ne credas, me animo id fecisse maligno,
Neve putes tantam nostra irrepsisse repente
Pectora segnitiem, ut nostram non mordeat ulla
Mentem cura tui: tanto me, crede, coegit
Officio cessisse labor, qui me undique torquet
Improbus, & curæ, quæ certe hoc tempore multæ,
Atque graves non defuerunt; maria omnia quando
Miscuit ex imo furiosior Ennosigæus,
Cum quaterent Euri titubantem in gurgite puppim,
Et multo rectore abies, ac tempus egeret.
Rex tandem hos motus sedavit Gallicus, & pax
Turbine disjecto pacata per æquora regnat,
Quo tutæ possint sua pandere vela carinæ.
Adde salutantum cœtus, & inania verba,
Adde alia haud minus importuna negotia, quæ me
Usque adeo retinent distentum, ut respirandi
Copia sæpe mihi desit, neque certa domi sint
Otia, ubi officium sibi plurima turba reposcit:
Qui potis in tanto versus scripsisse tumultu?
Hæc quoque ut invito genio, invitâque Thaliâ
Condita testentur nostros tibi carmina sensus,
Exiguam haud partem nocti, blandoque sopori
Furari, & vigiles cogor producere curas.
Felicem o ter sorte tuâ, ter Orige, beatum!
Fata, Deusque tuis dederunt cui ducere vitam
Auspiciis, & sponte tua componere curas,
Cui nulli servire, genuque inflectere coram

Principibus curvum, cui non tulit improba certos
Ambitio ſenſus, & libertatis amorem;
Jmperii at Rex ipſe tui, neque deditus ulli,
Exceptis Muſis, Phœbo, doctisque libellis,
Aulai inſtabiles fluctus, & murmura rides,
Spernis & oblatos indignis ſemper honores,
Exiguus voti, at felix, tua qui bona noris,
Non ſpes corde avidas, non curam paſcis inanem,
At ſtudiis animum reficis, ſemperque legendo,
Scribendove legenda nepotibus uſque futuris
Extendis meritam numeroſa in ſæcula famam.
O te felicem! ſtudii cui certa, jocique
Stat ratio, nullusque dies cui tranſit inanis,
Pro lubito tibi cum liceat momenta dierum
Singula partiri, mane hæc, naſcenteque ſole,
Jlla cadente, alia atque aliis labentibus horis;
Nemo adeo tibi mane moleſtus, veſpere nemo eſt;
Vivere nam ſolus noſti. Nos ambitionis
Jmperioſa fames tenet arctâ compede vinctos,
Ut ſervum hoc, vitæque vagum genus anteferamus
Natali, patrioque ſolo, placidæque quieti.
Nos cœci nimium, queis rure, domique paternæ
Vivere cum belle dedit indulgentia Divûm
Abripimur tamen, & ſcopulis allidimur aulæ.
At metuenda magis multo eſt ſpectabilis auro;
Nec minus & vitiis. Quos vult, extollit in altum,
Ut modo præcipitet: Tyrio vicinior oſtro,
Proximior tumulo eſt: ſinceræ rarus in illâ

Eſt virtuti aditus: procul, o procul exeat illâ
Qui vult eſſe pius, neſcitque obtrudere pulpum.
Scitum iſtud vetus eſt; quid plura? habet Aulica vita
Plus ſplendoris; habet plus at privata quietis,
Terrorisque minus, minus ipſo in fine pericli.
Ecquis enim locus eſſe poteſt jucundior ulli,
Quam ſua cuique domus? quid honeſtius, ac procul aulâ
Carpere privatæ ſecurum gaudia vitæ,
Nil ubi pervideas oculis, nihil auribus uſquam
Accipias, tua quod pervertere gaudia poſſit.
Exilium nulli domus eſt ſua, præter, inertem
Si quis agat vitam ſomno, vinoque ſepultam,
Aut qui Muſarum ſancto haud capiatur amore,
Veſpere ſolem optans naſcentem, mane cadentem.
Jd vero in primis dulce, atque optabile, vitæ
Emenſo ſpatio feſſum deponere corpus,
Atque animam dulces inter fratrumque, ſororumque
Amplexus; condique paterno deinde ſepulchro,
O! ſi contraxiſſe mihi nunc vela daretur,
Ut fugerem Aulai ſcopulos, ut ſplendida vincla
Abrumpens, patrias remearem lætus ad oras!
Quid faciam? ſpartam hanc legi, mihi ſparta colenda eſt;
Et, ſemel ut vaſtum provecta eſt navis in æquor,
Non datur heu! remeare: negant nam Fata regreſſum,
Uſque & in incertos pergunt me tradere fluctus
Objectam pelagique minis, Auſtroque furenti.
Ac niſi me placido ſervabit numine Cœlum,
Forte cadam, cœcis fallax ubi cautibus æquor

Funera molitur miseris crudelia nautis,
Jnque salo fluitans tuus ille Durinus, in alto
Jmpia fluctivagis præbebit pabula monstris.
At mihi sive favens, vel erit fortuna noverca,
Et quocumque volent me vivere Fata sub axe,
Nil mihi tam cupidâ contingat mente peropto,
Quam nostra æterno conjungi pectora nexu.
Nunc te unum hoc oro; quando intervalla locorum
Visere te, & vivas voces audire vetabunt,
Alter in alterius complexu mente feramur;
Et me carminibus, tibi quæ pulcherrima dictat
Cynthius, interdum dones, si munere tanto
Noster amor dignum potis est fecisse. Valeto.

Ad Dominum de Malide

UT tu vecordi tua longa silentia solum
Desidiæ tribuas: judex ego mitior illa
Rejicio in nimias, inamœna negotia, curas.
Dum me semper ames, dum nulla oblivia nostri
Te capiant, scribes quando tibi cumque licebit,
Vel fueris vacuus, vel longa negotia demum
Otiolum decisa dabunt: nam non ego durus;
Libera amicitia est, nec talibus obsita vinclis.
At mihi cum scribis, nolim, dilecte Malide,
Laudibus immodicis ornari, quas mihi novi
Nomine deberi nullo, sed queis tamen omnis
Littera plena tua est; ah! quæso, parcius istis
Utere, ridiculum nam laus non debita reddit.


Qui

Qui ſim, nemo magis me intelligit; atque ego memet
Quamquam non odi, certe non uſque adeo me
Stultus amo, ut lateat quam diſtent æra lupinis.
Me tu cum ſummis audes conferre Poetis?
Mene illis etiam temere præferre? caveto
Ne quisquam tua dicta foras eliminet. Heu! quot
Sis excepturus ſannas, riſusque daturus,
Emunctæ naris ſi quisquam hæc resciat, & quot
Accipiar miſer ipſe probris, rigidisque cachinnis
Jnnocuus! non eſt pedibus concludere verſum
Namque ſatis, ſummi referas ut Vatis honorem,
Atque ut Apollineæ ſerpant per tempora lauri;
At virtute opus eſt, nervisque & robore, quod ſe
Suſtineat, quod præpetibus ſecet aera pennis,
Et ferat audaci volucrem ſuper aſtra volatu.
Nos contra reptamus humi, Muſâque pedeſtri
Contenti, non conamur ſublimia, nempe
Et vim ventorum, tempeſtatesque timentes.
Hinc veteres ego ſcriptores cum lectito, miror,
Ac longe ſequor, & veſtigia pronus adoro!
Quæ legere eſt paucorum, quos vel amicus Apollo
Reſpexit, plena tinxitve Aganippide Clio.

Ad Amicum:

GAudeo, quod valeas; ſed non quoque gaudeo, curis
Quod te diſtentum norim noctuque, diuque,
Ut

Ut respirandi non sit quasi copia: firmæ
Non adeo tibi sunt juvenili in corpore vires,
Atterere assiduo ut possis, duroque labore.
Consilium Flacci ne spernito præscribentis,
Quidquid suscipias æquâ prius esse, diuque
Pensandum semper trutina; *Quid ferre recusent,*
Quid valeant humeri. Qui non sibi consulit, idem
Dum liquidum per iter summo petit astra volatu,
Amittit male compactas novus Jcarus alas;
Veraque liventi ridetur fabula sannâ.
Hîc tua res agitur, quamquam est communis amicis,
Transversum cave ne rapiat te gloria curru,
Dumque nimis servis Famæ, doctisque Camœnis,
Viribus effœtis & spes & gaudia fallas
Publica; namque nocens nimia est quæcumque voluptas.
Contrahe vela catus, nec lætis utere ventis,
Semper & instantis memorem jubeo esse procellæ;
Quam Nautæ si prospicerent, nec naufraga Syrtes
Damnaret Lybicas, nec cana Ceraunia puppis.
Hæc docto ignarus, fortasse insanius, adque
In sylvam si ligna feram, sed scribere jussit
Fœdus amicitiæ, cui te concedere par est.
Vive, vale, & tenui nimium ne parce papyro.
Qui te suspexit semper, tibi amicior usquam
Quo fors nemo, jubet bene te salvere Borellus.



Ad

Ad Amicum

NOlim me pigrum, aut fugientem forte laboris,
Distulerim nimium qui respondere, rearis.
Otia namque odi nisi sint operosa, nec ullum
Persero abire diem segnem : modo carmina condo,
Carmina, quæ Latiæ nobis dant ludere Musæ,
Et modo litterulis compello, quos mihi junxit
Suavis amicitia, ingenium, moresque probati;
Nunc libros teneo Xenophontis, nunc Plato Dius
Socratitis nostras sermonibus imbuit aures,
Atque sequor Magni Macedum vestigia Regis,
Qui nunquam illecto somnum repetebat Homero.
Dulcibus his studiis, Gallande, ubi quid datur otî
Indulsisse animum vacuum juvat. Hæc mea vitæ
Totius est ratio; sic miscens utile dulci
Vivo Midæ gazis, & Lydo ditior auro;
Excepto, quod tecum non sim, cætera lætus.
Nunc me clamosæ mitis plaga subtrahit urbi,
Cui bifera Alcinoi cedant viridaria, cedant
Frigida Tempe, & Sole satæ juga florea Circes
Dulichiis ululata lupis; migrasse putares
Aonios isthuc mutatâ sede recessus.
Namque ubi se geminas ædes protendit in alas,
Areolæ hinc, atque hinc vernant gemmantibus herbis,
Totque fovent gremio flores, quot littora conchas,
Aut procul assurgunt tiliæ, platanique superbo
Vertice, & excelsas tollens caput ornus in auras,

Sin-

Singula in exactum longo quincunce tenorem.
Quid memorem teneros frutices ? quos dextera docto
Temperat imperio primori pube tumentes,
Et tandem jubet innumeras assumere rerum
Textilibus nodis, & lento vimine formas.
Quid memorem vitreum fontem, qui murmure rauco
Se se agit ? humenti Dryades sub fonte latentes
Flere putes, mollesque oculis evolvere guttas.
Hîc mihi Pegasides permittunt otia Musæ;
Nunc juvat umbrosis solum me condere sylvis,
Nunc juvat & viridi submittere corpus in herbâ,
Quâ ripæ & ripis natæ frondentibus umbræ
Æstibus, & medio suadent decedere soli;
Sæpe lubet nassâ, vel arundine fallere pisces,
Aut agere incautas in retia cæca volucres,
Sæpe etiam lepores, aut cursu frangere damas.
Ah ! quoties noto, tutoque lepusculus antro
Digressus longe, gente & deprehensus odorâ
Cursibus haud æquis fugit impendentia rostra,
Lassus & exiguæ spoliatur munere vitæ.
Perdici quoque pernicies hîc multa paratur,
Si quando sylvas, arbustaque tuta relinquit,
Fatalesque petit campos stridentibus alis.
O ! valeant urbes; nihil est felicius istis
Deliciis, quas rura mihi gemmantia præbent;
Urbis opes valeant; nil rure beatius ipso:
Rura habitant & sancta Fides, Pietasque, Pudorque.
Felix ille animi, Divisque simillimus ipsis!

In-

Innocuæ ducit jucunda ſilentia vitæ
Urbe procul, voti exiguus, ſortemque benignus
Ipſe ſuam fovet, ac modico contentus, avaras
Non ſpes corde gerit, non curas paſcit inanes.
Rex terat auratum pulchrâ teſtudine limen,
Bella ferat, partosque ferat ſuper aſtra triumphos:
Huic ſunt pugna feræ, hoſtis aper, fera claſſica cornu,
Miles inardeſcens acres vis fida moloſſi,
Pro populo viridem prætexens populus amnem,
Aut aſſultantes teneri cum matribus agni.
Hos ego rure malos tibi juſſi occurrere verſus,
Qui vulgi ſermone nihil diſtare videntur.
Scilicet hinc noſces, quam ſit mihi curta ſupellex,
Et mea quam tenui currat de gurgite vena.
Innumeras memori juſſit tibi dicere grates
Patruus, & multam ſimul impartire ſalutem.
Si placeant verſus, Vates tibi rure placebit;
Diſpliceant, non tu diſplicuiſſe potes.

Ad Jacobum Corogna Ordinis Hieroſolymitani Presbyterum.

QUænam Muſa lyrâ docuit ſociare canoras
Corognam voces, inſignem ludere quidquid
Multijugo placuit verſu? Magnum ille Petrarcham,
Divinum & Dantem valet æmularier unus;
Seu Sophus enarret numero graviore latentes
Naturæ latebras, vigeat quo ſemine corpus

Fœdere quo coeat primoribus ex elementis,
Circumagat tellus quo ſe ſe turbine, quâque
In regione habeat ſedem Phoebi aurea lampas,
Cauſasque obſcuras, per quas Natura gerit res,
Unde extant variæ ſpecies quas dædala tellus
Progignit, quas ignis, aqua, & genitabilis aer:
Seu canit Heroas, Superum laudesve, jocoſos
Vi blandâ aut ictus molli fide cantet amores,
Sive gemens lacrymis totas immittat habenas,
Per calidos Amitæ cineres inſpergat & imbrem;
Auſcultant cantum rupes, volucresque, feræque,
Auſcultant ſcopuli, curſum cohibetque minacem,
Quæ Melitæ curvas mordet Thetis aſpera ripas.
Poſt tantum Vatem me me rapit igneus ardor
Ire, patrem veluti piſcis cum fortiter audet
Exiguus ſequier: tamen haud ſuperare frementem
Pontum auſim; ponti fluctus ſecet ille frementes,
Me juvat in parvâ littus legiſſe carinâ:
Spes magnas aluiſſe negas me, Marſya, cujus
Pelle olim nudos artus viduavit Apollo.

De Ejusdem Verſibus.

In Obitum Olympiæ Amitæ.

MIſiſſent Amitam Superi ad nova munia vitæ
Carmine leniti, Magne Corogna, tuo:
Æthereas ſed enim cum felix incolat oras,
Terreſtres merito deſpicit illa plagas.
Quod tamen officium præſtas amplectitur, & ſe
Cœleſti in terris gaudet ab ore cani.

Excel-

Excellentissimo Dño Paulo de Sylva
In Mediolanensi Ducatu
Consultori Primario.

MAgne vir, excelsi quem pectoris inclyta virtus,
Et populi suprema salus, & Numen amicum
Insubribus, claro sublimem evexit honore,
Quem penes arcanos rerum deponere sensus
Aula amat Austriadum, curarumque ardua factu
Munia; non mihi si tantum decus author Apollo
Spondeat, æqua tuo sperem conscribere captu.
Vix illud sibi sumat onus Regina sonori
Calliopæa Chori, vel si redivivus ad auras
Mæonides cunctis incumbat viribus ingens.
Nec vero tantos molimur mente paratus,
Non ita cœca animum fiducia tollit inanem;
Sat fuerit si corde pio, cultuque fideli
Virtutes lustrare tuas, & culmina possim
Tangere summa oculis. Quod si dignabere talem
Respectare animum, si tenvia vota Durini
Pectore complecti non dedigneris amico,
Forte erit ille dies, cum te majoribus ausim
Auspiciis memorare, gravique efferre cothurno,
Et dicam ut steriles curas, vulgusque prophanum
Pertæsus solidæ decerpsti munera laudis
Jam tum usque a teneris altæ Puer indolis annis
Palladias artes, Musæaque castra secutus
Magnus constrictis pedibus, magnusque solutis

Author eo vincens Ciceronem, Virgiliumque,
Mox aliud ſtudium, majoraque mente volutans
Juris opes patrii, immenſasque evincere leges
Tentaſti, nec conatus Aſtræa fefellit.
Diceris hinc Princeps Themidos, Themidisque cacumen
Grande tenes, & regna fori impacata gubernas,
Nec legitur dubiis qui litibus addere finem
Juſtior, & merſum latebris educere verum;
Per te Diva ſuæ librat momenta bilancis,
Exemploque tuo mores, vitiumque coercet.
Vellem plura; pudor tantas evolvere laudes
Non ſinit: olim auſis ſi faverit æquus Apollo,
Magna loquar; tantum, decus o ſublime virorum,
Reſpice nos, et, ſi hunc pietate meremur honorem,
Scribe tui gregis, oro, tuum, Vir Magne, Durinum.
Quod ſupereſt, te noſtrarum tutela, decusque,
Et columen rerum, per caſta biverticis oro
Numina Parnaſſi, per & uſque virentia Pindi
Culmina, perque hauſtos avido tibi gurgite fontes
Aonidum, quibus atque iſtis lætaris in annis,
Denique per ſi quid placui, vel Apolline dignum
Aptavi cytharæ; noſtram defendere cauſam
Ne pigeat: victrix equidem te fiet agente;
Quis non attonitus Judex tua reſpicit ora?
Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera, mentem?

Ad Eumdem.

Si Conſultorem te Rex habuiſſet Atrida,
Dum Grajas regeret tot ratis una rates;

Non

Non certe ille decem seniores Nestoras optet,
Unum sed talem, qualis es ipse, virum.
Pergama tu caperes, violataque jura piares
Si non vi ferri, viribus ingenii.

Ad Eumdem.

Nobile opus populis jus dicere, Maxime Silva;
Jnferius tamen est dicere, quam facere.
Et facis, & dicis veteri gravitate priorum,
Quos ævo Pietas sub meliore tulit.
Non habuere alios Romana Palatia Patres,
Aspectu Cyneas cum pudefactus abit.

Ad Eumdem.

Tanta tibi pobitas, æquique scientia juris,
Et residet labris gratia tanta tuis;
Ut si de Cælo descendat, credere nolit
Iupiter alterius jura ministerio,
Austria te, Insubria atque petit, te vindice sancto
Gaudet, & unius sollicita ambit opem.
Cujus consiliis salva est Respublica, nonne
Js Consultoris nomine dignus erat?

In Ejusdem Effigiem.

Est isthæc Silvæ effigies; hic pingitur ille
Noster Aristides, nostri Cato temporis alter,
Quique Sophis septem numero superadditur unus.

Ad Eumdem.

Tempora qui doctis reparat fugientia libris,
Possit ut æternas vivere Olympiadas,
Unus hic, aut potius viva hæc & mascula silva
Vernabit sæclis innumerabilibus.

Ad Eumdem.

Mirantur multi te respondisse paratum,
Implicitum & nunquam in litibus implicitis.
Queis ego sic balbus; nihil hoc mirabile factu est;
Nam cito respondet plurima qui didicit.

Ad Eumdem.

Ultimus Insubricum nostrorum, Sylva, videris,
At ne sermonis quis rudis Ausonii
Ultimum opinetur temere me forte vocasse,
Primum appellabo postea te Insubricûm.

Ad Eumdem.

Extremus Silvæ longum se differat annus,
Plures cum possit demeruisse sibi.

Ad Eumdem.

Talis erat mediis Nestor grandævus Achivis,
Cui Dii dent annis te simul esse parem.

Ad Eumdem.

Quod sis Consultor, Quod tantum nactus honorem,
Istud cum multis, Maxime Silva, tenes.

Quod

Quod nactus virtute tuâ, assiduoque labore,
Istud cum paucis, Maxime Silva, tenes.

Ad Eumdem.

De jure publico Ducatûs Mediolani scribentem.

Astrææ alme Geni, sæcli lux hujus, & acti,
Juris honos, patriæ dextera, norma fori,
Legimus Insubrico quæ tu de jure notasti:
Res patriæ quantas parva papyrus habet!
Hæc docuisse puto, Themis aut didicisse fatetur;
Nam prius oraclis nil habet illa tuis.
Atque indignatur tristes exosa latebras,
Queis premis immensi grande laboris opus.
Quod Romæ bis quinque Viri, Spartæque Lycurgus,
Cecropiisque Solon, tu potes esse tuis.
Vive diu tantum; nec sit tibi visere manes,
Tu Radamanthus eris, Minos & Insubribus.

Ad Eumdem.

O quisnam ille hominum, quisnam fuit ille Deorum,
Qui tibi de sylvâ nomen habere dedit;
Summorum ille unus, fuit ille profecto Deorum,
Vestrum tam vero in nomine Numen inest.
Scilicet ut longo anfractu spatiosa, capaxque
Sylva est, ingenii flumina magna tui
Sic scurrunt: nil sylvâ ditius, illa ministrat
In cunctos usus materiem, agricolis

Præ-

Præbet aratra, Deis ſtatuas, pelagoque carinas,
Tectis atque trabes: fundis opes Latias
Tu eloquii, ſeu carmina lege revincis, aperto
Seu campo liber currere ſponte velis;
Vim Laertiadæ, brevitatem vincis Atridæ,
Et linguæ ulci Neſtora melle tuæ.
Hic liber eſt manifeſta fides. Hoc diſſonat unum;
Cultior omni horto es, ſylva ſed uſque rudis.

Ad Eumdem.

Ne legito hos verſus, ne in publica commoda pecces;
Sat ſcripſiſſe mihi, ſat ſit habere tibi.



DE

DE
Splendidâ, ac ſumptuosâ Ædе Borchiâ
SYLVA.
AD
EXCELLENTISSIMAM ANNAM LUDOVICAM COMITISSAM DE BORCH EXCELLENTISSIMI PRO-CANCELLARII REGNI POLONIÆ UXOREM.

TU quoque Carminibus nomen memorabile noſtris
Ædes pulchra dabis; nam poſtquam diceris Ædes
BORCHIA, ſeceſſuque ANNAM componis amico,
Accedit nova fama Tibi, & nova gloria ſurgit.
Nec tamen his præceps Te caſus honoribus auxit,
Aut inconſultis Tibi favit amoribus ANNA;
Conſpicua es, locupleſque, es dotatiſſima formâ,
Quâ nec laudari, nec amari dignior ulla,
Digna Deâ ſtatio es. Quis multa cubilia narret?
Quis lectas ſtudio menſas, ſpecularia, ſellas,
Parjetis atque inſigne decus, quis fornicis alti
Quæ objiciunt oculis miras convexa figuras?

Aa Bini

Bini Horti ſpecies ornat Te læta, ſuosque
Vere novo educit ſimul ipſa æſtate colores,
Totque fovet gremio flores, quot littora conchas:
Hic Roſa purpureum conſpecto ſole colorem,
Hic ferrugineum ducunt Violæ; exerit illic
Excelſum caput, atque alio ſub nomine Phæbum
Heu! Clytie infelix etiam nùm pergit amare,
Non Anemona deeſt, ſua quæ natalia ventis
Debet, non priſcos recolens Hyacinthus amores,
Narciſſusque, alto ſe caudice lactea tollunt
Lilia, contentæ breviori emergere gaudent
Florentes Tulipæ; ſtat quædam margine toto
Diſcolor, hæc variâ folium vibice flagellat,
Sanguineis hæc tincta notis, hæc cærula fundo eſt,
Hæc umbone rubet, fulvumque intermicat illi,
Jlli purpureum, Caſiæ, Vaccinia, calthæ,
Et vivax Apium, atque immortales Amaranthi.
Nec tantùm ſpecioſa loci ſibi gratia conſtat
Floribus è variis; multum Pomona decoris
Vertumnusque addit, criſpas de ſentibus uvas
Pendentes late videas, totoque rubentes
Cortice, & è teneris tot pendula corpora ramis,
Jamque rubens Ceraſum, mox autumnalia Pruna,
Et Pyra, & implexis pendentia Vina racemis.
In medio ſpatium porrectum more viarum,
A dextrâ, & lævâ arboribus diſtinguitur, illic
Mollia tranquilli poſuere cubilia venti,
Præcipuè Zephyrus, quo non ſolertior alter

Mille

Mille ciere inter frondosa cacumina lusus:
Nam modò pacato similis sibi temperat, irâ
Commotum modò se simulat, pulsuque frequenti
Insultat ramis. Euros mentitur Eoos
Sæpe levi stridore, Austrum quandoque tepore;
Nulla sed exercet magis illum industria, serâ
Quam cum Te luce aut primo adventare sub ortu,
ANNA videt, se se tunc tunc majore paratu
Instruit, & tentat si possit forte novellas
Fingere delicias: DOMINÆ tùm subter ituræ
Verrit humum, salit in frondes, atque obiicit illas
Solibus, ANNA, Tuos ausint ne lædere vultus,
Mollibus halitibus, quos afflat odore recenti
Imbutis, Arabumque leves redolentibus auras.
Si quis amat mentis varias deducere curas,
Exercere animum, rationem inquirere veri,
Ambulet hic solus; si quem miscere juvabit
Colloquia, & suaves audire, & reddere voces,
Tecum, ANNA, incedat comitatus, utroque fruetur
Munere: se gratis hic floribus aurea malus
Induit, & vernis animata caloribus edit
Aurea mala, quibus custodia ficta Draconis
Indicium pretii; Hesperides misisse putares:
Nil præter lenes licet hic audire susurros;
Hic nunquàm jaciunt dociles convicia Picæ,
Non Ulula infelix cantu, felixque volatu
Nyctimenæ: pluvios non improba provocat Austros
Cornix, non etiam prædicens Gracculus imbres:

Multa ſed actæas iterat Philomela querelas
Eliciens miras tantillo è gutture voces;
Sithonium dum mæſta nefas, raptumq; pudorem
Deflet, & inceſtæ condemnat Terea flammæ:
Incola Luci etiam parva argutatur Acanthis,
Et matutino gaudens Acredula ſole,
Papilioque frequens cum verſicoloribus alis
Fruſtratur pueros, luſuque exercet inani:
Nec Deus eſt Cuſtos Helles, quem pontus adorat
Alitibus duplici telo, furique minantem;
ANNA locum ſervat, Venus altera, & altera Pallas
Conjuge digna ſuo; nam tantum cœtibus extat
Fœmineis, quantum ſupereminet Jlle Maritos.
Sed tandem notas me confero rurſus ad Ædes.
Eſt hic grata quies, laxant ubi ſeria ludi,
Oblectantque animos, curasque in gaudia vertunt;
Immo & luſus adeſt. Mediâ procurrit in aulâ
Menſa oblonga ſitu, quam lignea labra coronant,
Hæret firma ſolo, panno veſtita virenti;
Tunc baculi teretes, globulique videntur eburni
Materies ludi, baculi pars altera acuta eſt
Preſſa manu, craſſa eſt pars altera, planaq; in ictus
Quæ queat ire globi, & quocunque impellere poſſit;
Sic læves miſcent certamina ludicra conti
Exercentque globos: vincit qui tramite certo
In vacuos globulum hoſtilem protrudit hiatus.
Sed non Smyrna ſuas circum mea tempora lauros
Si nectat, Mantoque ſuas, decora alma Penatum

A a 2 Singula

Singula facundo percurrere carmine poſſem:
Sit ſatis hoc; Rapiunt Laudes me denique Sponſi
ANNA Tui; O quem te memorem, Te maxime legum
Arbiter, atque decus; mihi quæ pulcherrima mentem,
Atque novis diverſa modis invaſit imago!
Poſtquam etenim, Vir magne, Tuos inviſimus Hortos,
Pendula nimirum ſubeunt Pomaria, quondam
Phæacum in cultis famâ celeberrima ſylvis,
Deliciæ ſubeunt, quales Lucullus in urbe
Finxerat, accitis ab Eoo ſtirpibus orbe;
Viſa minor laus eſt, quæ Surrentina colorat
Artifici ſermone, minor quæ Tuſcula Rura;
Non ſua componant iſtis viridaria Nymphæ
Benaci, toto facientes ſemper in anno
Ver ſibi perpetuum, tantis quoq; maxime Lari
Deficis exemplis, Patriâ licet usque relictâ
Heſperides migraſſe tuas dicantur in oras:
Non tamen iſta meam tantum miracula mentem
Percuſſere; mihi eſt ſubito vis addita major
Ex quo Te uſurpavi oculis, Vir maxime, miras
Tunc etenim effigies, mira & ſpectacula vidi;
Plurima namque vident Vates abſcondita Vulgo.
Te circum Comes adſtabat SAPIENTIA, nec non
Spectans ſepoſitum PRUDENTIA cauta futurum,
JUSTITIA ancipites æquali examine lances
Librabat, tacitumque Tuo pendebat ab ore,
Deſuper adſiſtens GENIUS, cæloque remiſſas
Volvebat ſortes, & non mutabile Fatum.

Vi-

Vidi etiam pulchro cum progredereris in Horto,
Continuò, Vir magne, comis nemora ipſa reflexis
Applauſiſſe; omnes; quin, fama eſt, undique plantas
Quamque ſua voluiſſe Tibi de fronde coronam
Nectere, & emeritum capiti circumdare ſertum;
Quamquam ſi qua foret, quæ tantum ambiret honorem,
Una ſibi hæc primum ſperaret præmia Quercus,
Nam Tibi ſervanti leges, Civesque Polonos
Prima Tibi è quernâ debetur ſtirpe corona.
At Tu ſollicitos Domino relevare labores
Apta Tuo ſedes, & rerum demere pondus,
Otia blanda fove, ſtudioque Jlliùs amica
Obſequere, unde ſalus, & publica commoda pendent,
Sic Tibi ſit nullo nociturus Syrius æſtu,
Lenius inſurgant Cauri, non ſemina durum
Elidat, perimatque gelu, non grandine florum
Colla labent, modico faveat Tibi Juppiter imbre,
Tranquillos decurre dies, nitidamque Juventam
Semper age, & Bino cum CONJUGE Tarda ſeneſcas.

Ad Excellentiſſimum Dominum
BORCH
Meritiſſimum Regni Poloniæ Pro-Cancellarium.
De Domo ab Ipſo recenter emptâ.

HIc nemus & nitidis halantes floribus Horti,
Hic veſtris, Muſæ, luſibus apta Domus;
Quid rigidas colitis rupes, & inhoſpita ſaxa?
Veſter in his etiam Phæbus adeſt laribus.

Ad

Ad Excellentissimam Dominam ANNAM Comitissam de BORCH.

VIdimus ANNA Tui fastigia splendida Tecti,
Conspicuos postes, atria digna Deâ;
Arboreasque Tuo lætantes nomine turbas,
Et gavisa Tuâ crescere poma manu.
Æmula sunt Dominæ nascentia sidera florum,
Signabunt mores candida poma Tuos;
Jngenio Dominæ certabunt pulchra vireta,
Æmulaque eloquii læta nitebit humus.

Ad Eamdem

Miraris vario penetralia splendida luxu,
Miraris, curvi frondea tecta jugi;
Quam magè si accedas propius miraberis Hospes,
Cùm dabitur Dominæ nobilis ore frui.

De Eâdem Domo AD HOSPITEM.

Lætus adi ANNÆ Hortos Hospes, & amæna vireta,
Non Draco ibi excubias, sed Venus ANNA facit.

Domus alloquitur recentem suam Dominam.

Vix placui LUDOVICA Tibi, flos undique ridet,
Poma gravant ramos, picta calescit humus,
Jam vice Te Floræ ac Pomonæ in vota vocabo,
Et mihi quam venerer Cypridis instar eris.

De

De Eâdem Domo.

Provocat Idalium locus hic; formamque locorum
A Dominæ formâ Sylva, Domusque capit.

De Eâdem.

Alcinoi mirabar opes, hortosque beatos,
Prisca legens quæ Musa suo dictavit Homero;
At postquam riguis ANNÆ spatiatus in hortis
Tot Floræ partus, Pomonæ & munera vidi,
Phæacum cæpere mihi sordescere culta,
BORCHIADESque acri percussum pectora thyrso
Concelebrare Hortos me nobilis impulit ardor.



HO-

HOMELIA POETICA.

IN CHRISTUM a Magis adoratum.

NAtum Jessæa Numen de stirpe jacebat
Sub stabulo. Pigra contemptu Judæa superbo
Incurvare genu Puero renuebat; agrestis
Pastorum pietas jam sacrum agnoverat antrum;
At Solyma infando pergit servire Tyranno,
Atque Deo negat obsequium perversa. Scelestas
Relligio alma moras non quivit ferre, movetque
Et Cælum, & terras, Puero ut studiosa profundat
Obsequium: jubar errantis mirabile stellæ
Verberat obscuram fulgenti syrmate noctem,
Se cœlo & pandit, perque umbras signat inertes
Certum iter. Eoi vix primula littora solis
Vibravit nunquam lux visa, stupens aurora
Subrigitur roseo declarans gaudia vultu;
Læta ergo ciet & Reges, populosque Sabæos,
Æthiopasque, Syrosque astra inspexisse peritos,
Et multum vigilare Polo; vox diffluit omnes
Consona per tractus signum venisse, sacrisque
Prædictam tandem stellam emicuisse Prophetis.
Unus tres Reges hinc ardor jungit, iniquos
Utcumque ingredier calles, quos luce præire
Stella venit peregrina. Duces numerosa caterva
Insequitur plaudens, atque omnia pectora pulsat
Vis cupida, ut miranda Dei cunabula, & oras,

Uſurpent oculis felici Prole beatas.
Non rupes, ſcopulique, adituque carentia ſaxa,
Non & ferrea hyems nivibus, boreaque, nec Aula
Herodis ſanctam remoratur dira Cohortem.
Verum quisnam horror Regum pia pectora quaſſat?
Aſcalonitani vix Regia tecta Tyranni
Jntroeunt, mœſtis ſubito cum ſtella Magorum
Se rapit ex oculis: nempe odit ſtella tumultum,
Quo fervet Solyme, nec ſe vult ſtella videri
Aulai in ſtrepitu: procul, o! procul exeat Aulâ,
Qui Stellam vidiſſe cupit; tuque o fuge diras
Caſta Fides, ſedes; pietas hîc tuta manere
Non valet. Arripiunt iter illi; ſeque ſupernum
Diſcludit jubar, atque almæ Bethlemidos antro
Impendet prono Puerum fulgore ſalutans.
Ut primum explicuit facies ſe ruſtica caulæ
Regibus, attoniti riguerunt, ancipitesque;
Intus ſed ſubito præfervidus irruit ardor,
Se Deus & retegit tacitus, cœcumque timorem
Vivida lux dubiis animis immiſſa reſolvit.
Ergo fides Regum fortiſſima proſtravit ſe
Ad viles Pueri cunas, Numenque fatentur
Regna putrem venerata caſam. Non deſidis arte
Luxus, non opus eſt pretio, ſe magnus ut Infans
Oſtendat, ſibi purpureos flectatque Dynaſtas:
Non poterat terræ, Cœlum cui ſervit, egere,
Plusque Jllum decuit Lydi decor inſcius auri,
Cui vel pauperies ſtabuli deformis, & horror

Ma-

Majeſtatem habet. En Regum tria dona profantur,
Quas & opes abſcondat inops Bethlemia rupes,
Gloriaque agreſti ſub ſtramine quanta tegatur.
Thus, Myrrha, atque Aurū Regemq́ꝫ, Hominemque, Deumq́ꝫ
Sat clamant, pretiumque ſui ſat monſtrat egeſtas,
Quam pronis famulæ venerantur nutibus aulæ.
Gens humana, tuus meruit ſic plectier error
Luxuriâ, faſtuque tumens, ut nuda ſuperbi
Paupertas tandem obſequium ſibi comparet auri.
At non tam vacuo contentum eſt munere Numen,
Nec ſe auro cupit allinier, qui deſpicit aurum:
Pectora noſtra ſibi tantum pretioſa repoſcit.
Feſtivis igitur jam plauſibus inſonet Orbis,
Quem repulit capiatque Deum, gaudensque triumphet
Gens hominum, felix cui vel fuit impia culpa.

DAPHNIS OCCISUS
SIVE CHRISTUS Patiens.
ECLOGA.

LYCIDAS, *TYTIRUS*.

Lyc: MOrtuus eſt hodie magnus Pan: Tytire ſicu
Sub patulâ cur lente ſedes, & munera cantas.
Phyllidos indulgens numeris genialibus?
Tyt: eheu!
Quam funeſta mihi, Lycidas, quam triſtia narras!

Suavius audierim ſegetes exurier, omnia
Quadrupedum pedibus ſata funditus extirpari.
Pullus equi campos ut, equum juba ſparſa per armos
Ornat, dux taurus vitulos; nos Daphnis. Amaræ
Funereâ taxi jam pande ſub arbore mortis
Jſtius genus, & ſeriem; locus aptus acerbo eſt
Mœrori.

Lyc- Jncinctus multâ qua ſurgit olivâ
Collis Gethſemani Pan magnus adiverat hortum:
Dum proprias tutatur oves, numerumque recenſet
Noctu ſollicitus, dumque & vigil excubat, aſtra
Prona licet faciant ſomnum; improviſa caterva
Irruit effractis ſubitâ vi ſepibus . . . eheu!
Cætera cur memorem? deflenda latronibus ipſis,
Qui fecere nefas, perſtant ſi aut corda latronum
Dura nimis, certe deflenda leonibus afris.

Tyt: Ergo ſaxa fleant, lacrymas cava fontibus antra
Deducant. Sed perge precor; ne tu mihi parcas:
Jam patior mala, quæ retices; mens volvit amaras
Heu! nimium ſpecies.

Lyc: Qualis frendentibus agnus
Hinc atque hinc urſis circumdatus, haud ſecus ille
Carnificum medius turmas intravit atroces.
Exin nulla ſalus; manibus poſt terga revinctis
Raptatur, multo mox verbere tunditur, olli
Velatur facies, foditur caput; area, late
Quam patuit, rubrâ fumantis ſanguinis undâ
Spargitur; inque Crucē quatuor dein grandibus actus

Cla-

Clavis emoritur. Dubius quid, Tytire, restas?
Vidi oculis, vidi ipse, meis hæc funera tanta.
Tyt: Cautior insanos utinam, mi Daphni, tumultus
Vitasses! nunquam modicâ vel Pastor in urbe
Perpetuum lætus vixit. Rus gaudia solum
Novit; rure fides, non rure calumnia regnat,
Invidiæque procul tabes, stimulique recedunt.
Lyc: Quantus amor fuit olli carminis! in Cruce dirâ
Et cantabat adhuc, quamvis lugrubrius: altos
Vox rupit scopulos penetrabilis, imaque vallium.
Tyt: Pollio non defendit eum, non Chromis hic inter
Pastores cunctis Pani dilectior; Idmon,
Idmon robusto solitus fidisse lacerto
Continuit dextram, Panem tulit atque moriri,
Cui pecus, atq; pedum, lac, lanam, atque omnia debet:
At non mutus erat, Mulier cum fudit eburnâ
De phiala supra Daphnin fragrantius unguen,
Appellans fatuam, & conquestus damna peculi,
Infremuitque unguento inopes fraudarier illo.
Lyc: Quod mirere magis, cunctis fugientibus imas
In latebras (æquas o det pro crimine pœnas!)
Idmon sacrilegus porgens nostro oscula Daphni
Perfida, vindictæ sitienti prodidit hosti.
Tyt: Ergo volet posthac ramosus in aere cervus,
Squammigerique greges sylvis condantur opacis,
Agna lupis fidat, fidat quoque dama molossis.
Avia, & invia terrificis turbare querelis
Jbo; cuncta gemant, tellus gemat, & gemat æther,
Se

Se ſe prociduum foliis nudet nemus omne,
Mutet ſtagna cruor, ſpolientur prata colore,
Degenerent horti ſpiſſa in dumeta, vireſcat
Ut quicquam ſcelus eſt extincto Daphnide noſtro.

Veritatem in Romanâ tantummodo Eccleſiâ ſedem ſibi collocaſſe.

LAbere nunc tandem, nunc labere vertice Olympi,
Veri Diva potens, greſſum, fugitiva volantem
Quo celeras? abſcedentem procul anne malignis
Alpium acuminibus ſequar, Herciniæque latebris
An ſylûæ, anne tuo proficiſcar lumine caſſos
Grajugenas, pingues ſepteno an gurgite terras,
Obſeſſasque oras tenebris peregrinus iniquis?
Quacumque Oceani fluctus ſonat, occupat ater
Cuncta ſitus, Mundi vix pars anguſta nocenti
Vix umbrâ prohibetur, opacis obſita Regna
Stant nebulis, furor obcœcat lymphaticus urbes;
Vix Europæ unus fulget vix angulus, una
Veri Roma tenax præſtigia disjectavit,
Nubilaque errorum; Regnator rite ſacrorum
Legitimis aris operatur, templaque vero
Reſtituit ſua templa Deo, ritumque nefandum
Avertit, quo aræ variæ ſcelerantur, & iram
Numinis accepto placat quoque thuris honore,

Fini-

Finibus Italiæ mores, legesque vetuſtas
Cuſtodit, libertati pia fræna vaganti
Injicit, amandat culpas, certus domuiſſe
Omne nefas. Ergo Sedes Romana ſecundo
In tantum crevit fato; atque everſa tumultu
Barbarico cultus tenuerunt templa vetuſtos;
Romulidas doctrina tenet nam conſcia veri,
Romulidæque tenent normam, non hoſce Gothorum,
Non Viſigothorum eluvies ruit improba mores.
Hoſtis atrox inſurgat, anhelet non violandas
Funditus evertiſſe aras; delere ſacratam
Nequicquam Æneadum meditetur perfidus Urbem;
Namque inimicorum frangentur ſæva frementum
Numine dextro iræ; inconcuſſo in Vaticano
Sacrorum Rex imperium tenet, atque tenebit;
Pro Vaticano veniunt in prælia Divi,
Non tremit hoc diras nigræ Phlegetontidos iras,
Immane & tellus ſi conquaſsata dehiſcat,
Neſciet hæc Sedes trepidare, nec alma lababit
Romæ Relligio, non deformabitur atris
Sordibus, afflabit tetrum non Hydra renatis
Hydra nocens Latio virus rediviva colubris:
Quin, caligantes Cocytus luridus umbras
Evomat, ibit Roma ſuperbior, atque fugatis
Cocyti procul eveniet mage pulchra tenebris;
Acquirit vires per damna, atque obruta creſcit.
Non Scytha, non & Turca tibi, Tyberine, nec Afer
Vertet ſacra, propinquo qua Sol atque inficit igne
Indos

Indos, quaque rigens, ac neſcia vere remitti
Conſtringit Scythicas Arctois flatibus undas,
Quodcumque & patuit Mundi latus agnitum Iberis
Puppibus, accepit Sanctæ pia fœdera Romæ,
Atque Dei legem vivi ebibit, hauſit: ab ortu
Solis, ad occiduas Solis quoque diditur oras
Majeſtas Romana, ſacrorum dives Jberus
Regi ſuccumbit, Gallusque domabilis ullo
Nunquam Marte ſacris pronus fert oſcula plantis.
O veri tutela potens, dominataque cunctis
Imperio terris, Te Rhenus corniger, ingens,
Indocilisque jugi, Te ferro Sarmata vinci
Neſcius, agnoſcunt, & flexo poplite adorant.

AD ALEXANDRUM
DE SANCTIS.

Optimum in humanis ſtatum eſſe ægritudinem, quæ nos facis optimos, quamdiu habet infirmos.

SERMO I.

ME nuper ſtatus admonuit languentis amici,
Corda hominum generoſo animi tum denique recto
Vivere amica magis, ſuperisque aſſueſcere rebus,
Dum morbi vi lethiferâ, macieque premuntur.
An quia carnis inops mens explicat aptius alas,
Exilii impatiens patriam & conſurgit ad æthram?

De

De Sanctis, quæso, infirmos circumspice cœtus,
Quos dolor affixit pigro febrisque cubili;
Ecquem repperias, rogo, non sano meliorem,
Sensibus & versis Diis immortalibus æquum?
Ut videatur ob hoc morbus præstare saluti,
Quod gradus ad cælum sit, vitæ atque arrha beatæ.
Hunc & avaritia, & lucri scelerata cupido
Nil movet, impuræ aut Veneris spurcissimus ardor;
Temnit opes, vulgo ambitos nec curat honores;
Tunc Cœlo, Terrâque Deum regnare, minores
Jre & mortales, pallens scit, atque fatetur:
Pectore livor abest, odium, simulatio turpis;
Despicit ut nullum, sic nec miratur, acerbis
Obliquat sapiens clausas rumoribus aures,
Sirenum scopulos qualis vitavit Ulysses.
At riguos fontes, & balnea frigida tantum
Tantaleo ore trahit; votorum hæc summa suorum.
Instantem quod si detur producere Parcam,
Quæ promissa facit? cycnum mutandus in album
Ex corvo, studiis horam, quæcumque supersit,
Nam fore ut apponat melioribus, atque supernis
Civis, humi quamquam, celso jam dignus Olympo.
Ergo Socraticæ quod vasta volumina barbæ,
Quod Plato, Pythagoras, & sancta docere Lycæa
Conantur sine fine suos virtutis alumnos,
Id tibi, Alexander, queo commendare, mihique;
Scilicet incolumes pergamus vivere, quales
Viribus ac morbo attriti promittimus ultro.


Cc Ad

Ad Eumdem
JN FICTOS
SERMO II.

OCcidimus. Sancti mores periere, Patrumque
Aurea ſimplicitas; candor venerabilis eheu!
Interiit; fraudes illum extinxere, dolique,
Et male quæ titulos nunc obtinet utilitatis.
Ah! pereat, mendacem animis obducere nubem
Qui prior, & vela inſtituit qui tendere menti!
O! priſci, vanos quos nos male fecimus, uſus!
Pectoraque intactâ quondam nive candidiora!
Annuerat quisquam, cuncti voluiſſe putabant;
Sive negaviſſet, quod mens, id lingua negabat;
Cordis, & oris erat vox conſona: vivere ſed nunc
Pulchrum eſt ſub laryâ; jamdudum credere fronti
Cuinam impune licet? Curios habet angulus omnis,
Qui ſimulent, fictæ ſub velo cuncta geruntur
Virtutis, vultusque pios ars nunc habuiſſe eſt.
Vera probat fallax, audaces otia laudant,
Si qua fides verbis, mollis amat aſpera, dura,
Jmpius irriſas ſupplex procumbit ad aras,
Et cadit ante Deos, quos intus pernegat eſſe;
Linguaque non fallit, niſi quæ juraverat ante.

Com-

Composito populi fasces hic despicit ore,
Nil nisi securam sonat & bona lingua quietem;
Ast animus mendax in pannis cogitat ostrum,
Dumque sibi oblatos vultu contemnit honores,
Ne sibi credatur mens ut simulata veretur!
Est pudor in vultu, deceat quem virginis esse,
Jmprobitas sed tecta latet; barba hirta Catones,
Fabriciosque refert, sed mens est corpore glabra
Fœmineo mage; si fictâ gravitate severos
Aspicias vultus, e Cœlo dixeris esse
Delapsos, queis per somnos Dii nocte loquantur
Dignos, quosque notet digito plebs prætereunte.
Ast animi molles intus, luxuque fluentes;
Poma Palæstinis sic innascuntur in agris,
Quæ invitant oculos specie, falluntque colore,
In cineres abeunt, si tangas: aspice, quæso,
Aspice Pyramidum Regali mole sepulchra,
Nuda jacent quorum augustis sub molibus ossa.
O! niveis, De Sancti, animis, quo pectore nullum
Aurea candidius, probius puto sæcla tulisse,
Ut facimus, mores sanctos teneamus Avorum,
Vitemusque vias tam pravæ calliditatis.
Id Musæ docuere ambos; nil purius illis,
Quas colimus juncti, nil simpliciusque Deabus.
Si nequit objectas speculum non reddere formas,
Cur animi possit speculum, cur fallere, vultus?



RUS LIBRUM ESSE,

Et Optimum cogitandi, ſcribendique Magiſtrum.

SERMO III.

Mitior ardentes æſtivæ lampadis ignes
Jam fregit Virgo ; non æquo ſidere noctes
Jam gelidæ creſcunt, roſeas Aurora quadrigas
Lentior attollit, Zephyris redeuntibus auræ
Mollius adſpirant; hortorum provocat umbra
Læta manus ; faſtus Urbani, & cura, valete.
Liberiore juvat cœlo jam vivere, Magnus
Et Fons, & molles facientia murmura ſomnos,
Et quæ ſub lucem volucres tam dulce queruntur,
Submotique juvant viridi caligine ſoles,
Antraque ad invidiam Pindi vocalia. Præſens
Non alibi, præſens adeo ſentitur Apollo,
Non alibi mea Numen habent & pectora majus.
Si libet Aonio mulcere ſilentia cantu,
Sollicitare fides ; felici carmina venâ
Sponte ſua properant, verbum nec tam prope, verſus
Quam prope adeſt. Si majori mea ſcripta cothurno
Tollere delectet, nusquam magis eſſe diſertum
Nusquam crede mihi ; tunc Craſſis, Cæſaribusque
Sum prior ; eſt locus hic ſtudiis, hæc hoſpita muſis
Eſt ſedes ; rus Phœbus amat, ſed negligit Urbes:
Arpinæ quamvis abſint & fulmina linguæ,

Pagina

Pagina nec Cicerone tonet, tibi ſcripta Maronis
Quamvis magniloqui deſint, ſis Flacce canorâ
Sis procul & citharâ; liber eſt quodcumque videtur:
Lumina circumfer, ſatis eſt ſi rura diſerta
Uſurpes oculis, videas ſi floribus herbas
Depictas variis, rubris & lilia mixta
Alba roſis; poteris verborum hinc ſumere flores,
Scilicet, ingenioque tuo dare florida ſerta.
Candida perſpicuis vexabitur unda lapillis,
Stabit utrimque toris muſcoſis herbida ripa?
Purius inde loqui vitreo de gurgite diſces,
Verbaque limpidulis de lymphis limpidiora
Sponte fluent. Præceps Alpino vertice torrens,
Qui nemorum late & ſtabulorum ſtrage ſuperbit,
Edocet, ut juſtas facundia concipit iras,
Et victrix ſecum trahit omnia corda, animosque.
Dum volucres geſtans armato fine ſagittas
Nunc thyma ſedula apis, violas nunc dædala pungit;
Ut teneri haud languent ex illo vulnere flores,
Nec minor eſt furto decus, etſi nectare cellæ
Stipentur, fluat inque faces jam cera liquanda;
Diſce quod ignoras, Veterum quâ ſcripta pererrans
Arte legas flores quoſcumque apis inſtar. Amantes
Populus, & vitis ramos confundet, amicos
Umbra marita toros & ſentiet; aridulas ſic
Verborum frondes tu ſic intexere dictis
Utilibus, gravibusque memor ſis. Littora myrtis
Sicca ut tonſilibus fulgent, & jura cupreſſus

Cre-

Crescendi tenet, ingentes exporrigit umbras
Sed platanus, spretâque virescit dulcius arte ;
Sic certâ interdum cohibetur lege, nec errat,
Nunc stylus in spatio decurrit liberiore.
Ut tragicis tollas animosa poemata verbis,
Decurras humili pede comica facta, docebunt
Id te nubiferi sublato vertice montes,
Collesque, & quæ non longe jacet infima vallis.
Fortior imbelles hederas ut sustinet arbos,
Nixa viret proprio sed quercus pondere ; sic tu
Tu quoque præceptis scribendo hærebis avorum,
Jngeniique tui interdum fac jura sequaris.
Ergo quid ab tumido pendemus Quintiliano,
Si erudiunt melius nos rura magistra, docentque ?

Omnia Mortem inculcare.

SERMO IV.

QUocumque aspicio, nihil est nisi Mortis imago ;
Quo surgunt flores spatio, moriuntur eodem,
Quæque rosas teneras discludit, conficit hora :
Et venit arboribus post sæcula longa senectus,
Atque rogis ardet extructis mortua sylva !
Cernimus assidue seros occumbere soles,
Nascitur unâ, unâque perit vaga Cynthia nocte.
Et ferrum sua febris habet, rubigine nigrâ

Car-

Carpitur, atque undâ molli aſpera ſaxa teruntur.
Pyramidum ſteterant Regali barbara luxu
Culmina Caucaſeis prope montibus æmula facta ;
Illa tamen tacito conſumpſit dente vetuſtas,
Funus habent, olim quæ funera contexere.
Pergama in ardentes ſederunt alta favillas,
Troja ſuos quærit cineres ; regnata Tyrannis
Suſaque Achæmeniis magni nunc nominis umbra eſt.
Vomere verſantur Carthaginis oſſa ſepultæ,
Disjectisque ſedet late mala molibus herba.
Cogitur in mediâ ſe Româ quærere Roma,
Sola ruina docet famam: ſua funera Regnis
Atque ipſis veniunt, totus morietur & orbis.
Et tamen hic hominum menti malus inſidet error,
Quod ſe ſe æternos, pereunt quando omnia, cenſent.

Majorem corporis, quam animi curam geri

SERMO V.

FAſtus ineſt morbis, & habent contagia luxum,
Languentes & turba ſumus nimis ambitioſa.
Condoluit gelidâ ſi forſan tempus ab aurâ,
Jcta pedem incautum ſi ſpina aut læſerit, herba,
Littore Taprobane quam barbara miſit Eoo,
Quæritur, affricti ſi & forte rubeſcit ocelli

An-

Angulus, aut animâ Boreæ manus uritur acri.
Quæ foveant ægros alieno ex orbe petuntur;
Tuſſis habet medicam (quis credat ?) parvula Thulen:
Quasque legunt Arabes, tenero quam fecimus ungue,
Plaga ſuperba cupit lacrymis ſanarier; omne,
Quod gelidâ in Scythiâ pubeſcit, quidquid Eoi
Deſpuit unda maris, ſub ſidere decolor Indus
Quod metit ardenti, nive quod tegit horrida tellus,
Quod procul à noſtro ſubmiſit America mundo,
Conciliante fidem pretio, febricula poſcit
Præſtari hoc ſibi lenta, dolor qui & nomen habere
Vix queat. Expetitur ſpirantibus erutus hydris
Seu lapis, bove Sarmaticâ ſive ungula rapta:
Quin etiam gemmis, ipſi nec parcimus auro,
Atque ſalus redimi cenſu prægeſtit avara.
Ulceribus putres animi, morbisque fatiscunt,
Quæ tamen occurrunt medicamina nemo requirit.
Pectora ceu febri, ſic conſumuntur ab irâ,
Jlla amor, illa odium lentâ ceu tabe peredit.
Nunc & avaritiæ crudeli crimine pallent,
Ut qui marcentes cute ſub tumidâ obſerat undas:
Contractæ ægreſcunt fervente cupidine mentes,
Attamen haud dextram mens invocat ægra ſcientem,
Quamvis longinquum haud olli maris æquor arandum,
Herba nec a rubro ſit deducenda profundo.
Non eſt ingenti medicina parabilis auro,
Intus habent etenim mortales quo medeantur.
Non eſt Anticyrâ furor inſanabilis omni,

Et

Et cui nulla ſatis medeatur barbara radix?
Pellimus exiguas morituro a corpore febres,
Magna ſed æternâ regnant heu! vulnera mente.

Invidiâ Magnos Viros premi
AD PRÆSULEM DIGNISSIMUM
In Promotione prætermiſſum.

SERMO VI.

INvidiæ cedas; Illi quin euge rependé
Grates; nominibus miſcet tua nomina magnis.
Non niſi ſublimes feriuntur fulmine montes,
Vallis aperta Poli non ſentit fulgura; venti
Jrati frangunt ingentia robora, juncis
Demiſſis parcunt; incurrit murmure fluctus
Spumeus in ſcopulos, at littoribus depreſſis
Dura procella fidem ſervat: diro alta petuntur
Sic capita invidiæ telo; patet ictibus ille,
Cui favet ingenium, volitatque per ora virorum;
At viles animas, plebejaque nomina vulgo
Præterit. Exercet rabiem furibunda toroſis
Tigris in armentis, parcitque imbellibus ira
Nobilis. Eximium dederat victa Africa nomen
Scipiadæ; Annibalem victum non hactenus Jlle
Vicerat, egregiis gaudebat fœta triumphis

Jlla domus, Patriæ florentis Scipio clarum
Lumen erat, niveis illi Victoria pennis
Plaudebat, totâque tubâ illi flabat amica;
Vadentem tenero Genitrix monstrabat alumno
Exemplar Latiæ venerabile posteritatis:
Sed dudum obliquo spectabat lumine Livor.
Livor acerbe, feres quid monstri denique? partis
Scipio tot lauris, totque inclytus ille trophæis
Pellitur ingratâ discedere jussus ab Urbe;
Quique egit niveos Capitolia ad alta triumphos
Exercet tauros; versabat vomere dextra
Arva triumphalis, Pœni quæ fregerat arma;
Quâque olim palmas, illâ mox sevit olivas,
Par rastris manus illa, manus par ensibus illa.
Turba olim docta verbosa latrabat Athenis;
Facundè, unus erat, causas qui oraret; in uno
Jnfixit dentes livor, voluitque remotum
Sedibus a patriis; Demosthenis ora quierunt
Unius divina, loqui quæ sola merebant:
Convenit ignarum tacita ad suffragia vulgus,
Urnaque damnatum Oratorem pellit iniqua;
Bellua multorum capitum est ignobile vulgus
Scilicet. Jllustri Tulli pendebat ab ore
Olim Urbs; tot gemmis, quot verbis lingua fluebat,
Dictaque fulmina erant: Catilina timebat inermem
Dicentem armatus, placidæ cessisse jubentem
Arma togæ: quot tunc vastumque, & pingue sonantes
Causidici, Romæ vendebant garrula verba?

Et

Et tamen invidiæ non illos fulmen adussit:
Attritâ succincta togâ plebecula vilis
Persurit, & Patriæ dispellit iniqua Parentem,
Ereptam flammis & qui servaverat Urbem,
Hospitium haud habuit servatâ, pulsus, in urbe.
O Præsul, cujus rebus mens apta gerendis,
Consilii veteres Latios qui robore vincis,
Te hisce leva exemplis, & si te dira flagellat
Jnvidia, hisce tuæ fac cures vulnera mentis.

Labores asperos, sed eorum fructum dulcem esse

SERMO VII.

Ad Amicum.

AUDENTES FORTUNA JUVAT; procul este timo- (res,
Excute, amice, metus ignavos pectore; tristis
Est, fateor, duri & facies horrenda laboris,
Asperitate suâ terret; detraxerit ori
Qui tamen austero larvam, mihi crede, timores
Rideat ipse suos: gelidos qui pertremit imbres
Agricola, æstivo nudos sub sidere campos
Jngemit; ad palmam, numerat qui vulnera miles,
Non venit; horrisonos qui pallidus aspicit austros
Navita, in obscurâ maris orâ turpe senescit:

Semina qui ſpargit nivium contemptor, & imbris,
Sedulus & curvo molitur vomere terram,
Jlle coronato fruges ſuspendit aratro.
Laurigeris ſcandit Capitolia celſa triumphis,
Sanguine humum hoſtilem proprio qui tinxerit; olli
Vulnera velantur claris accepta coronis,
Quotque tulit plagas, reputat tot quisque trophæa.
Quæ ruit in medias remis audacibus undas,
Occidui illa redit ſpoliis, Orientis & aucta.
Solverat Argivis animoſus Tiphys ab oris
Spes Grajûm ſecum vectans, dare carbaſa ventis
Jgnotis auſus primum; non ſidera nota,
Nullus erat ſtellis numerus, non Fabula Cœlum
Pinxerat, haud poterant Hyadas vitare carinæ,
Nullus honor ſignis, & erant ſine nomine venti,
Complebantque truces Boreæ legum inſcia vela.
Jlle tamen magni accenſus diſcrimine cœpti
Pandere inexperto haud metuit ſua lina profundo.
Ah! quoties trepido revocavit pectore mater!
Quo ruis infelix? quo te ſpes improba ducit?
Non habet unda fidem, cui fidis! quid mare ſulcas!
Adjicis atque undas fatis, maleſane perire
Non ſatis in terra fuit? ah rediiſſe cupido
Te quoties capiet! ſed marmora ſurda vetabunt,
Jmpia cum Siculi latrabit Virgo Pelori,
Jn tua damna canes & cunctos exeret; artus
Qui tibi per totos diſcurret frigidus horror!
Quam ſæpe ad patriam convertes lumina terram,

Vota

Vota ſuperba animi damnans! tentaſſe tumultus
Quam æquoreos noles! inverſo remige proram,
Dum licet, ah flecte! Hæc mater; dedit ille protervis
Verba ferenda notis; ſurdâ bibit ore querelas.
Sed quod fæmineas, aurata pelle triumphat
Dives, & irati quæ vicit regna profundi,
Aurea puppis habet ſummi nunc ſidera Cœli.
Aſpera virtutis te per juga ponere greſſum
Hoc volui exemplo; duro neque verte labori
Degenerem faciem; hâc te gloria ducit avorum,
Hâc fumoſa tuis quæ tectis ſplendet imago.

De Joannis Caſimiri Poloniæ Regis Abdicatione.

Ad quemdam Nobilem Polonum qui illam improbabat.

SERMO VIII.

SCilicet excelſas pungunt diademata frontes,
Ingens pondus habet Regalis purpura; ſceptra
Sæpe manus feriunt, nec ſunt ſine vulnere gemmæ,
Spinoſisque rubis horreſcunt conſita regna,
Servitium & Faſces non ſunt niſi nobile: verum
Me narrare tibi, paucis, adverte, docebo.
Abjecit patrias Caſimirus ſponte ſecures,
Purpureamque togam, vaſtique inſignia Regni
Vile putavit onus; quod ſanguine quæritur, Orbe
Quod verſo atque aliis, dimiſit nobiliore

Gran-

Grande decus fastu, ficco lacrymantia regna
Lumine spectavit; sceptris dedit ille repulsam
Ambitus sceptris. Quantâ caligine torpent
Humanæ mentes! Quam fallax mobile vulgus
Error habet! lucet si sceptrum, lucet ab igne,
Purpura sique rubet, rubor ille e sanguine prodit.
Alta nitent Regum, sed sunt vicina ruinæ.
Pulchra est, si spectes a longe ardescere flammam,
Qui jacet in mediâ flammâ sed sentit inesse
Mortem, securo spectat qui e littore pontum,
Fluctibus esse fidem reputat, ventosa pericla,
Qui venit ex alto, narrat, sub pace latere
Scitque dolos falsâ; regni fortuna coruscat
Fronte quidem, ast intus quantas habet anxia curas!
Si Regem adspicias, cuncta arridere videntur,
Insidiosa fremit tempestas corde; refulgent
Tecta illusa auro, sed ferrea cura pererrat,
Pervolitatque trabes auratas; aureus, esto,
Est lectus, dulcis vitat sed lumina somnus,
Diffugit atque quies a plumis sæpe vocata.
Turba frequens hæret lateri, sequiturque, præitque,
Inter totque homines est nullus Regis amicus.
Omnes fortunam, sed Regem nullus adorat.
Quid mirum si Regali de culmine sponte
Descendit patriis regnans Casimirus in oris?
O fortunati, modicâ qui sorte fruuntur
Ambitione procul! privata Modestia, tolle,
Tolle supercilium, cujus sunt Regibus ipsis
Jnvidiosa, quies, tutæque oblivia vitæ,

Nemi-

Neminem, ut dicitur, Prophetam in Patria.

Peregrinandi consilium in Juvene laudatur.

SERMO IX.

FAma silet quæsita domi: sonat acta sub auras
Trans mare trans montes; nidum fugit illa paternum,
Natalesque lares odit; non creditur ulli
Si canit in Patriâ vati; Cassandra Pelasgas
Jnsidias, frustra Trojœ intra mænia dixit;
Ast Helenus procùl expediens oracula Frater,
Visus erat Vates, visus Grynœus Apollo.
Jdcirco Orator cultas Romanus Athenas,
Atticus inque vicem doctâ sub Pallade natos
Visere gaudebat, discedere vafer Ulysses
Non tulit impatiens Jthacâ, facturus Homero
Materiam Jliadi affinem; gesta ardua libros
Pingunt. Jane, tuis jam jam gratare Calendis
Egregio Juveni, quem mittunt Gallica Regna.
Quamvis mille domus permittat commoda felix,
Jlle tamen sitiens ultro sibi Tantalus, Jlle
Fortior oblatis, alio convertere vultus
Ac sanctis Mentem potuit sacrare Camænis.
Jamque ubi lustra virens implet vix quattuor ætas,
O præclara sitis, laudumque o pulchra cupido
Magnarumque operum atque heroum! ardentius instat
Externas animum solers ditare per urbes.

Au-

Aula vagum pridem formavit plurima alumnum
Nobilibusque auxit monitis, ac dotibus, inde
Ausoniam properat, rerum caput, impiger, Urbem.
Hunc tu, Jane Pater meliori conspice fronte;
Olli ostende Forum, & Capitolia celsa, viamque
Te Duce perdiscat Juvenis, portamque triumphi;
Dicque olli hâc ibis generosus Tu quoque quondam.
Tum plenus voti Francas referetur ad aras.
Lætus ego, atq; Pater lætum Pæana canemus

Jn nimium Fœminarum cultum.

SERMO X.

HUc ergo studium perduxit inutile formæ
Te, Nurus? ut volucres perdas tot futilis horas,
Atque affixa vitro totas in pectine luces
Jre sinas? Tanti est crines compsisse, ligasse?
Jmmerito ast illos religas, coma non tua peccat,
Peccat at ingenium, rutilanti ut flore nitescat
Vultus, puniceo rubeatque a murice, quantum
Temporis insumis! Non stant sua lilia fronti,
Non sua statque genis rosa, ridet non sua labris
Purpura, quin vultum in vultu quæsisse necesse est.
Nomina tot chlamydum, tot Lydâ cuspide vestes
Depictas, aurumque in serica tortile, flore
Mixtum multiplici, curto quid carmine narrem?

Quan-

Quando injecta humeris satis est toga pura, satisque
Vellera sunt formæ: Phariâ Tu Thaide, Grajâ
Cultior & Phryne distinctis pollice velis
Exornas corpus, tunicâ ceu versicolore
Junonis volucrem, aut radiis Thaumantida cinctam
Veste velis superare; hinc belle contegis artus,
Jngenium at vitiis foedatum detegis; addis
Auribus & gemmas, digitisque; monilia longa
Tum collo atque comis, & cultu stulta laboras
Jpsa tuo, quo luce novâ malecauta tuentum
Corda animosque trahas: pictas jam scandite scenas
Matronæ, adstricto percurrite palpita socco.

De Sæculi Nostri Avaritia
Erga Litteratos
Ad Amicum.

SERMO XI.

HEu fuge crudeles Terras, fuge litus avarum,
Insidosque Lares Musis, ubi nuda relicta
Vestibus in laceris Virtus, ubi gratia nulla est
Artibus, ignavum vulgus pecus esse putamur
Sacra Novem docti colimus quicumque Sororum;
Non est qui curto centum æstimet asse Poetas,

Si Maro nunc redeat, fuerit Maro fungus & ipſe :
Frangere qui greſſus turpi docet arte viriles ,
Et qui pallidior buxis, & virgine cera
Semivir obſcæno concentus exprimit ore
Inveniunt pretium ; doctas coluiſſe per artes
Quid juvat ingenium ? quid culmine conſenuiſſe
Parnaſſi ? facili proſunt quid carmina venâ,
Multiplicisque decus linguæ ? dixi tibi ſæpe,
Dulcibus Aonidum ſtudiis quid inutile palles ?
E ſtudiis duo ſola feres, famamque, famemque,
Semper egenus eris : cum tu ſubſellia verſu
Fregeris, atque manu geminâ tibi plena theatra
Plaudent, eſuries, fumos captabis inanes.
Num falſus Vates ? tu nomina Mæcenates
Nomina ſancta olim narrabas, barbara ſed nunc :
Dicebas, Maro pauper erat, de paupere dives
Evaſit ; pauper quoque Flaccus ; Regibus ortus
Mæcenas Atavis ſed non ſinit eſſe quod ante.
Aſt ego ſubridens, non ſunt ea tempora, dixi;
Neſcis heu ! neſcis, quam ſordida ſæcula currant ,
Omnia formicis, bubonibus omnia plena ,
Aurea non Muſis, ſed plusquam ferrea ſæcla,
Ullus nec laceras pudor inceſſiſſe Camœnas ;
Si tunſos dederint aſſes, ſicelque minutum ,
Dona Midæ reputant, & Croeſi regna dediſſe.
Sed ratio eſt, juſtos unde ulciſcare dolores ,
Et ſua dat læſis juſtus dolor arma Poetis.
Sæva Lycambæo ne ſint tibi tela veneno ,

Sunt

Sunt ſatis in pœnam tibi muta ſilentia, tantum
Sæcula avara velis ſi ulciſcier, uſque ſileto.
Ruſtica Virgilio fontes quod Nola negavit,
Ruſtica Nola caret divini carmine Vatis.
Ergo illaudati jaceant: inimica premat nox
Perpetuis tenebris, Stygiâ caligine merſos.

Laſcivi libri, ac præcipue Laſciva Poeſis fugienda
AD NOBILEM POLONUM.
SERMO XII.

QUisquis aves diros vitare Cupidinis œſtus,
Ardentesque faces, & ſpicula tincta veneno,
Pulchri oris minium, crinale & verticis aurum
Effuge, mitte loqui dictante Cupidine blanda
Verba ultro, citroque, jugo quæ colla pudica
Submittunt, puras maculant & ſordida mentes.
Sed mage acerba tuis ſunt moribus usque cavenda
Aſpera bella; libros, dulci diſcincta caterva
Parnaſſi quos melle linit, fuge volvere, Cypris
Quos & blanda ſuo reſpergit nectare; flammas
Quas incœſta acuit dulci variata lepore
Pagina! charta flagrat, flagrant quin litteræ & ipſæ,
Syllaba quæque ſuas faculas habet, ignibus urit

Quæ pectus, teneras pervadens usque medullas.
Namque Venus comptis ridet quæ verſibus, illi
Stat prope Vulcanus, virtus utque ardeat omnis
Apparat ille rogos: ſatis ſuper impetus urget
Corda hominum arcanus, trahit & ſua quemque voluptas
Nolentem, vultus quo nequam gratia, pictæ
Quoque roſæ Jdalios & alunt celantque furores.
Charta, ſtylusque procax cur ignes ignibus addunt,
Reſtinguat quos nulla dies? ſed amœna Poeſis
Allicit, ille nitor verborum dulce fluentum
Pectora Lectorum mulcet, limatque, politque
Jgnaros fandi. Noſter ſic improbus usque
Nos fallit ſenſus, poclo ſorbemus & aureo
Lethales ſuccos, atque inter blandiloquentes
Sermonis flores ſpinas Puer inſidiator
Expedit ille ſuas: mage docto pumice libri
Sint exornati, ſit dives vena; quid inde?
Nunquid non Syrtis morum iſta eſt clara ruinis?
Si ſapis, hoſce libros vita, ne crede doloſis
Blanditiis, quas cum pravis Cytheræa Camœnis,
Pennatusque Cupido afflat: ſunt ſcripta diſerta,
Florida, quæ ſenſus capiunt, moresque feroces
Perpoliunt, his pulchrum erit inque moraríer; iſta
Nocturnâ pervolve manu, pervolve diurnâ,
Et ſontem Muſam tandem inſons Muſa retrudat.





CARMINA ELEGIACA.





CAROLO FRANCISCO
D U R I N O
ARCHIEPISCOPO RHODIENSI,
Apud Chriſtianiſſimum Galliæ Regem
NUNTIO APOSTOLICO
Nunc
Cardinali Papienſi
PATRUO SUO.

Rumpe moras, & ſolve citas, Elegeia, plantas
 Diſſimili quamvis ſis male fulta pede.
Neglectas ne finge comas, nec corpora veſte
 Cinge novâ, Patruus non amata iſta meus.
Simplicitas hunc nuda juvat, quæ neſcia faſtus
 Uſque verecundo mixta pudore nitet.
Ergo age quo claras populoſa Lutetia turres
 Exerit, huc recto tramite flecte viam.

Nec

Nec Rhodani virides pulcherrima Numina Nymphæ,
Nec pia Musarum turba moretur iter.
Perge igitur, verbisque meis loca grata saluta,
Quæ, ni fata vetant, sunt adeunda mihi.
Ingenuam agnosces formam, moresque decusque,
Eloquii veneres, ingeniumque Viri.
Hæc venerare prius, Patrui tum pectora chari
Stringe manu, & castis oscula fige genis.
Si, quid agam, quærit; vultus demissa pudicos,
Dic, mens in sano corpore sana viget.
Scire velit forsan, quæ nunc me cura remordet;
Quoque modo nobis labitur acta dies.
Dices, Pierios modo me lustrare recessus,
Et modo Gorgoneis ora rigare vadis:
Claraque divini devolvere scripta Maronis,
Nunc florem ex hortis carpere, Flacce, tuis.
Non licet hic etenim densas indagine sylvas
Claudere, nec celeres per juga ferre pedes,
Nec laqueos avibus, nec tendere piscibus hamos,
Flectere nec frænis ora tumentis equi.
Sed Patruum absentem mea mens, oculique requirunt,
Et desiderio torqueor usque sui.
Seu lateat Phœbus, seu lustret lampade terras,
Hunc referunt oculis tempora cuncta meis.
Noctis erat medium, niveisque invecta quadrigis
Clara pruinosos Luna regebat equos.
Muta quies terras, & me sopor altus habebat,
Fessaque erant molli corpora fusa toro;

Cum

Cum Patrui ante meos oculos consistit imago,
Et visa est tenui dicere voce; veni.
Corpora cæruleo velabat picta colore
Vestis, in articulis lucida gemma fuit.
Mitraque conspicuâ stabat cervice, sinûsque
In medium rutili Crux adamantis erat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter levis amplexus decipit umbra meos.
Excutior somno, simulacraque noctis adoro;
Quæ Patrui præbent ora videnda mihi.
Sit licet hæc nimium brevis, & fugitiva voluptas,
Dulce tamen charis sic quoque posse frui.

Ad Eumdem.

CHRISTI NATALITIIS STRENA.

O mihi dulce decus, Latiæ spes maxima Gentis,
Gloria quo nostræ est tam bene fulta Domus;
Quid tibi dem Festis Christi Natalibus, ut mos
Priscus ab antiquis traditus extat Avis?
An mittam virides, Patruûm charissime, conchas,
Quæ sub Erithræis sparsa leguntur aquis?
Vel Tartessiaco latitantes æquore gemmas,
Divite quas nobis Navita puppe vehit?
Ah! nimium nostras superant hæc munera vires,
Grata nec ingenio talia dona tuo.

Quis-

Quisquis enim teneris Musas cognovit ab annis,
Ubera cui puero Pallas amica dedit ;
Despicit extremis quidquid portatur ab Indis,
Nec curat ripas, gemmifer Herme, tuas.
Quid mihi nunc restat? forsan tibi serta placebunt,
Sed latet ignoto Flora venusta solo.
Aspice ut hybernis plorent nunc rura pruinis,
Ut nemus amissas lugeat omne comas :
Præterea Zephyris etiamsi flantibus, Orbis
Prodigus in vernas luxuriaret opes ;
Flos, qui mane viret, languescit vespere, imago
Esset amicitiæ non bene fida meæ.
Sume igitur tenues justo pro munere versus,
Quos canit imbelli nostra Thalia lyrâ.
Dumque sacri redeunt felicia tempora partus,
Anxia Pieriis pectora solve modis.
Nec pigeat nimios interrupisse labores,
Jpsa suum Virtus gaudet habere modum.
Jupiter anguipedum fertur post bella Gigantum
Aures Phœbeâ pacificasse lyrâ ;
Oblitusque sui, & positis clementior armis
Percussisse sacrâ plectra canora manu.

Ad Amicum.

TErtia, ni fallor, jam te mea littera visit ;
Nec tamen e manibus redditur ulla tuis.

Ut ſis diſtentus ſalientibus undique curis,
    Atque tibi referat quælibet hora novas ;
Non tamen eſſe potes ſic inde oppreſſus, amico
    Ut breve non detur ſcribere poſſe vale.
Ponere ſi recte tua noveris otia, certe
    Tempora ſcribendi quæque dies referet.
Si te verboſum vellem, nimiâque loquacem
    Implentem tabulas garrulitate tuas;
Tum mihi, quod juſtè ſat cauſareris, haberes;
    In te culpando tum reus ipſe forem.
Sed num grande putas, raptim mihi dicere, Salve ?
    Tu cura, ut valeas, meque valere ſcias ?
Hoc mihi ſufficiat, ſi plus nihil addere poſſis,
    Nam res eſt, noſti, plena timoris amor.
Hinc, quando nil reſcribis, tunc anxius uror ;
    Cura meum verſat plurima tunc animum.
Forſitan ægrotas, chariſſime, clamo, Borelle ?
    Aut febris, aut cruciat nunc tua membra dolor ?
Forſitan es veteris jam tandem oblitus amici ,
    Meque tuo dempſit pectore longa dies ?
Num te non etiam revocavit rure November ?
    Reddita num non eſt littera noſtra tibi ?
Sic mecum tacitus quam plurima mente revolvo,
    Fluctuoque, ut ponto pulſa ratis rabido.
Quid ? quod & iratum mihi te quoque ſuſpicor ? ut ſim
    Noxæ nullius conſcius ipſe mihi,
Non tamen idcirco culpâ me libero ab omni ;
    Nam male ſæpe oculos culpa patrata fugit.

Et

Et quam vis quemquam nolis offendere prudens,
Offendas vitii nescius ipse tui.
Ergo si quid adhuc in me tibi restat amoris,
Atque viget veteris fœdus amicitiæ;
Scribe frequens: illam commercia mutua pascunt;
Languet, si desint, ceu male cultus ager.
Ast importunus possim ne forte videri
Jpse tibi, nolim longior esse: Vale.

Ad Amicum.

NOn culpam involvam verbis fallacibus, adsum
Et reus, & culpæ proditor ipse meæ.
Sic trepidat viso miles non strenuus hoste,
Sic reus irati Judicis ora timet;
Jmpius audito sic pallet fulmine totis
Artubus, ut pavidum me mea noxa facit.
Quæque legis; genibus flexis, & vertice nudo
Carmina, nec firma scripta fuere manu.
Tanta tui nocuam subiit reverentia mentem,
Venturique metus, præteritique pudor;
Et dolor assiduo pectus mihi dente remordens,
E male neglectæ crimen amicitiæ.
Nec prius inscriptam solito sermone salutem,
Nec nomen præfert pagina fronte tuum.
Pagina nuda venit, meruit nec littera dici;
Hei mihi! vox miserum non decet ista reum.
Scilicet abstinui non ausus amabile nomen
Scribere, pars pænæ non potuisse fuit.

Scribere dextra negat, potui quod lædere nomen,
Nec veniet chartis hoc decus usque meis,
Donec cum veniâ mihi ſit conceſſa facultas;
Juſtitia eſt, plecti crimine quemque ſuo.
De te Muſa ſilet poſt longa ſilentia de te,
Vertitur in pœnam quod ſcelus ante fuit.
Jpſe, vides, ſumo de me pro crimine poenas,
Et fero judicio damna ferenda meo.
Et reus, & judex, & criminis ultor, & index,
Omnia ſuſtineo; tu modo parce, precor;
De veniam; tibi dent ſuperi, Pariſina, quod optas,
Moenia, & illuſtres viſere poſſe lares;
Atque ibi conceptis contingant omnia votis,
Deſinat & per te mobilis eſſe Dea;
Pergat adeſſe tibi Pindi de culmine Phoebus,
Ut prius, & faciles experiare Deas.

Ad Cajetanum Valentium Gonzagam

EQUITEM HIEROSOLYMITANUM.

NOn ita Pellæo timuit pia mater Achilli,
Cum Laertiadis cognitus indicio
Pro Menelaæo movit ſacra bella cubili,
Jmpiger & muros ivit ad Jliacos;
Non ita dilecto trepidavit fida marito
Penelope, Grajæ fama pudicitiæ,

Flu-

Fluctifragam quoties Maleam, infidumque Caphareum,
Atque pericla audit Thethyos Jonicæ;
Nec sic Ægæo fecit qui nomina Ponto
De charo Thesei sollicitus capite,
Dum solvit patriis e littoribus Pyræi
Androgeonæis manibus inferiæ;
Quam modo magna tui vellebat cura meum cor,
Valenti, nostræ maxima pars animæ,
Te rate nunc parvâ Siculum maris æquor arare,
Jllius & dubiæ credere te fidei,
Nunc ubi cum Boreas, & inexorabilis Auster
Increbrescentes flatibus horrificis
Fluctibus illidunt fluctus, nunc cum agmen aquai,
Abruptisque ignes nubibus ingeminant,
Crebraque sanguineâ molitur fulmina dextrâ
Jupiter horrisono terrificans tonitru.
Ah! gemat æternum, pereat temerarius ille,
Qui primus sedes appulit æquoreas,
Audax infido suspendere lintea malo,
Et trabe marmoreas scindere aquas cypriâ.
Ludibrium hinc pelagi vento jactamur, & undâ,
Hinc immaturo funere corripimur.
Laomedontiadem qui contra, & Troica castra
Invicto steterat cum Telamoniade,
Locrorum ductor, subitâ correptus aquæ vi
Littoreis jacuit præda cruenta avibus.
Et tibi, quâ cunctis mortalibus anteferendus,
Quid solertia, quid subdola mens, Ithace,

Pro-

Profuit Jonio in magno? Tibi nec, bone, quidquam,
Valenti robur proderit ingenii,
Nec Rhodiis toties tentasse triremibus æquor,
Juratum infestis exitium Ottomanis.
Dii! Cœli qui templa tenetis, frugiferentem
Qui terram incolitis, qui mare navigerum,
Et vos ante alios, quorum sub numine marmor
Thyrrenum, cursus annuite huic faciles;
Formidata rati defendite sydera, tristes
Quæque cient Hyadas, quæque Noti rabiem.
Siccartus timeat certantem Aquilonibus Austrum
Assuetus rapto vivere, præcipites
Horreat ille maris furias, trahat in sua saxa
Jllum cincta feris Scylla rapax canibus.
At tibi, Pulle sacer Phœbi, Aonidumque Sororum
Delicium, Veneris facte manu, & Charitum
Fote sinu, dapibusque almis nutrite Minervæ
Semper, & Hebæi melle madens cyathi;
At tibi nec Boreas quid peccet grandine cinctus,
Nec prægnans Auster fluctibus æquoreis,
Nec quantum Oleniæ sint noxia lumina Capræ
Nosse sit, & quantus murmuret Oarion;
Sed blandæ veris comites, quæ Nerea mulcent,
Impellant animæ lintea Sythoniæ,
Et circum stratis extantes vertice lymphis
Dorides effusæ cæsariem nitidam,
Drymoque, Xantoque, Ligæaque, Phillodoceque,
Speioque, & Cleïo, Cymodoce, & Beroë,

Una

Una omnes cymbamque regant, velisque miniſtrent,
Te ſalvum & ſtatuant littore in Auſonio.

Ad Eumdem.

NOn tam gaviſa eſt Divum manus, impia poſtquam
Conjuratorum inſania Terrigenum
Deſiit, immiſſo cum fulmine Jupiter Othryn
Suſtulit a Pindi vertice nubifero;
Non ita læta fuit quondam Jcariotis, Ulyſſes
Appulit ut charæ ad littora Dulichiæ;
Non ita nodoſis ad cautem vincta catenis,
Auxilium tulit ut Perſeus, Andromeda;
Nec ſi cum fidum Minois Theſea vidit
Ex Labyrinthæis flexibus egredier;
Ac ego, grata mihi cum venit epiſtola, quæ te,
O fidum pectus, diceret incolumem
Neptuni fremitus, & Thethyos undoſai
Evaſiſſe, & tot navifragos ſcopulos.
Tum mihi cæperunt imis præcordia venis
Pertentari alacri conſcia lætitiâ.
Vota placent Superis, ſervarunt vota Valentem,
Et ſalvus ripis ſiſtitur Auſoniis.
Nunc lubet inviſos animi pepuliſſe timores,
Et curas avidis tradere turbinibus.
Nunc lubet Aonios iterum inſanire furores,
Auribus & doctis arte ſatisfacere.

Et

Et canere auriti ſtupeant quæ carmina Fauni,
Et reſonent Latiæ queis nemora Arcadiæ.
Huc mihi verbenam, puer, Aſſyriosque liquores,
Cumque igni laurum, cumque mero calicem;
Ocyius hic aram vivo de ceſpite tollam,
Quâ cava fontano ſaxa madent latice,
Quâ Zephyri invitat vis languida ſuſpirantis,
Multaque avis querulis garrit ab arboribus.
Jpſe Maris plenâ venerabor Numina acerrâ,
Et votiva ſacro thura foco injiciam.

Antonio Comiti Origo.

ETſi ſpinoſas referam ſub pectore curas,
Atque Aulæ merſer fluctibus aſſiduis;
Unde & Caſtalios, loca Numine plena, receſſus,
Pieridum & cœtus linquere Virgineos
Cogar, nec facili deducam carmina venâ,
Nec ſtudiis alacer dulcibus invigilem;
Attamen hoc iſto volui te viſere verſu,
Obſtreperis digitos implicitans fidibus,
Ne me Lethæas Cocythi hauſiſſe lacunas
Forte putes, penitus me que tui immemorem.
Nam te diligimus, quantum dilexerat olim
Tydeus Adraſtum, Theſea Pirithous.
Id me cogit amor tuus, & ſine crimine vita,
Et, quam vix hominum eſt dicere, ſimplicitas,
De-

Despectorque animus rerum, quas mobile vulgus
    Suspicit, atque capax artibus omnigenis
Ingenium, nigri livoris nescia virtus,
    Et bene nota fides, candor & ingenuus.
Ac nisi mi assiduæ facto simul agmine, curæ
    Mentem animi, & vitam usque adeo opprimerent,
Ut respirandi non sit quasi copia, nostro
    Sæpe redonarent carmine Pierides.
Sed quî tot tricas inter, Aulæque tumultus,
    Tot strepitus Urbis, tot Procerum studia,
Quî possim querulas impellere pollice chordas;
    Et paribus tecum ludere arundinibus?
Non mihi, ut ante fuit, scribendi fervor, & olim
    Deseruit nostros blanda Thalia lares:
Si quis erat, fugiit, pangendi carminis usus;
    Cessit & obducto pulvere factus iners:
Quique olim fontes Aganippidos Hippocrenes,
    Pierides olim quique habui faciles,
Ad te, nunc Ascrâ procul, & procul Aone, munus
    Hoc non excultis cogito carminibus.
Tu contra ingenio fervens, animique solutus
    Aptus es ad cantus, aptus es ad cytharas.
Notum est, Pimplæis valeas quid versibus, & quid
    Bellerophentæi fontibus eloquii.
Te Phœbus, te Pindus amat, tibi defluit omnis
    Unda, caballinis quæ salit e latebris;
Succrescunt hederæque tibi, laurique sequaces,
    Nec sunt ulla tuæ verba negata lyræ.

Hoc bene testatur Latio quæ tincta lepore
Obtulit ad nostros se tua charta lares.
Oh quoties nostris hæsit gratissima labris
Littera, mox eadem est fota sinu tepido!
Oh quoties lecta illa mihi, quotiesque relecta,
Nec satiare oculos, neve animum potuit!
Quam pia, quam lepida, & quam mellea, quamq; venusta,
Quam docta, & cunctis illa polita modis!
Suavius haud scripsit, blandæ qui docta Corinnæ
Oscula libavit, quive dedit Nemesi.
Sed quid ego miror divini carminis artem?
Majus ibi quiddam, quo caperemur, erat.
Jllic exemplar sinceri lucet amoris,
Qualem ista ignorat ferrea gens hominum.
Teque ego non redamem? non te complectar amicum?
Altera pars animæ non eris usque meæ?
Invida sed, rebusque meis Fortuna noverca!
Cur non una duos urbs tenet unanimes?
Non ullum nobis simulacrum majus haberet
Jllæsæ fidei vivida Posterit s.
Nunc mare, nunc montes, & cum tot flumina sylvis,
Mœnia distractos & numerosa tenent.
Distrahat & tellus, & corpora distrahat æquor,
At tibi erit præsens, usque anima, atque animus.
Jlle vel immensam peragraverit amphitriten,
Et loca, quæ nullis pervia sunt gradibus,
Perque insertantem cœlo caput Apenninum
Longinquum ingreditur clam taciturnus iter,

Jn-

Jnſubriæque procul mediam delapſus in urbem,
Origum ſubito ſiſtitur ante ſuum;
Et tecum ſolidas ducit ſermonibus horas,
Et tecum notas itque, reditque domos.
Haud ſecus in ſomnis variis ſimulacra figuris
Ludificant noſtros, atque hilarant animos.
Eſt ſua præteritis in rebus ſæpe voluptas,
Et mentem oblectant, quæ placuere ſemel.
Prata, bibere ſemel riguas quæ fluminis undas,
Accepti retinent dona diu laticis.
Nos quoque, qui nuper te, Orige, reliquimus iſtic,
Exacti tecum temporis umbra juvat.
Atque utinam æternæ traherent te moenia Romæ,
Moenia tot claris cognita nominibus!
Hîc tecum quam dulce foret, mi Orige, vagari,
Et priſcis mentem fallere deliciis.
Seu juvet immenſam molem ſpectare Theatri,
Et dare famoſis oſcula marmoribus;
Seu juvet everſas ædes, Lucretia quondam
Quas tenuit demptâ cruda pudicitiâ,
Forſitan Andini fuerunt hîc limina Vatis,
Forſitan hæc Tulli preſſa fuere pede.
Cæſaris hæc magnos aſpexit porta triumphos,
Jlla Numantini ſplenduit ære Ducis.
Heic olim ſævi ſteterat domus alta Neronis;
Velabrique ſinus, Romuleumque Forum.
Heic Naſo, heic Umber ſerâ ſub nocte redibat
Ebrius, heic ſurdas conſtitit ante fores,

Effuditque novos per amica ſilentia verſus,
Jn matutino pervigil obſequio.
Forte illic teneros corrupit Paſſer ocellos,
Lesbiaque auratâ conſtitit in ſoleâ.
Hæc nos; & vacui cum ceſſaremus ab iſtis,
Frondoſa exciperent Arcadiæ nemora:
Adventante chorus conſurgeret omnis Origo,
Lætitiæque ingens iret ad aſtra ſonus;
Teque, decus Vatum primori in ſede locaret
Velatum æternâ Daphnide cæſariem.
Jam potes eſſe meâ ſed feſſus, Orige, Thaliâ;
Et brevius velles me, meliusque loqui.
Perfer, & obdura; tu carmina noſtra petebas,
Scilicet illa putans plena ſale, & venere:
Ergo alacri vultu lege, nec male dixeris eſſe,
Jlla placerè tuis finge ſed auriculis.
Aut me jam docto me parce laceſſere verſu.
Poſthac, nec Muſas rudere coge meas.
Mi ſatis eſt incompoſitas ſermone pedeſtri,
Queis nemo invideat, ſcribere litterulas.
Et dum Pegaſeis volitas ad ſidera pennis,
Jpſe ſequar reptans vix bene tutus humo.
Scilicet Jcariæ me terrent facta ruinæ,
Et timeo æquoreas præcipitandus aquas.
Tu interea cura, ut valeas & Apolline dextro
Da Muſis operam, meque perennis ama.

AD MICHAELEM JOSEPHUM MYRÆUM.

Arcadiæ Custodem Generalem.

NI te cognossem, mi chare Myræe, tuusque
Perspectus candor ni satis ante foret;
Jmmodicas mecum reputans quas flumine pleno
Versiculis laudes prodigis immeritis,
Me certe ludos fieri voluisse putarem,
Risumque impensis te petiisse meis.
Me Arcadicis audes Cycnis conserre, legenda
Cumque illis etiam carmina nostra putas?
Jsta potes mecum dixisse, eliminet, ullus
Quandoquidem non est, qui tua verba foras.
Ast aliis rogo per Musas, & Apollinis ora,
Si mihi quid credis, ne quoque dicta velis.
Jpse ego me excutiens; quid sint mea carmina, novi,
Et scio quam tenui sint modulata sono.
Ut pauca invenias, quæ forte haud pessima, plura
Tetra situ, insulsa, & squallida repperies;
Quæ male si doctas ausint pervadere in ædes,
Accipiar quantis heu miser ipse probris!
Hæc implexa nimis, nimis hæc sententia repit,
Verba hæc haud veteri. cognita sunt Latio.
Jnsulse hîc turget, fœde hîc collabitur, illic
Prœdatur Latias turpiter illecebras.

Proh

Proh ſuperi! quantis ſordent modo ſcrinia nugis!
His etiam quid opus nunc oneraſſe fuit?
Eja apage incomptas, & dignas igne Camœnas;
Et male ſit Vati, qui dedit iſta, malo.
Hi tum ſermones fuerint, rigidisque cachinnis
Jmpetar, & pœnas, chare Myræe, dabo.
Jndignante manu mittar contractus in auras,
Et recidens multo calce ſubinde petar.
Hinc oculos timet ante tuos ſe ſiſtere Muſa,
Jnſcitiæ pridem conſcia facta ſuæ.
Me forſan quid grande putas? jam perlege; noſces
Me indignum prorſus laudibus eſſe tuis.
Nulla etenim invenies Venuſinâ digna lucernâ,
Et cernes verſus ſerpere ubique meos.
Tum bene cogeris tua dicta retexere, & ipſe
Ex albo Arcadiæ dejiciendus ero.
Hoc leviter, mihi crede, feram; nam culmina Pindi
A docto ſolum duco terenda pede.
Non eſt namque ſatis pedibus concludere verſum,
Ut veniant capiti laurea ſerta tuo.
At virtute opus eſt, nervisque & robore, ſindat
Quod vacuum pennis aera præpetibus.
Haud iſtud mihi ſumo decus; ſed ſufficit unum
Quisquis ero tandem, ſi tibi ſemper amer.
Hæc, & plura etiam ſcripſiſſe, Myræe, parabam;
Riſit at incultæ ſtridula fila lyræ
Phœbus, & argutis reſerans ornata labellis
Ora dedit tales aureus ipſe ſonos:

Jn-

Jnſanis, Durine? lyrâ quid quæris inerti
Auriculas Vatis lædere Parrhaſii?
Mittere carmen ad hunc, ſylvis eſt addere frondes,
Triptolemo fruges, poma dare Alcinoo;
Eſt rivos magno Oceano donare minutos,
Et flores Siculis addere marginibus.
Tu canere imbelles tenui de pumice verſus
Natus, & incultis ſtridere arundinibus.
Jlle Tibullæo ſpectabilis occinit ore,
Præcinctus noſtrâ Daphnide cæſariem,
Et merito, quem foverunt Charitesque, novemque
Permeſſi in ſacris fontibus Aonides.
Hinc illum legit & Tibris, legit Arnus & illum,
Quique bibunt Iſtrum, quique bibunt Ararim.
Vivit & in toto lucens Ropheaticus Orbe,
Emicat & cætu primus in Arcadico.
Deſierat, cum non longo ſermone ſequuti
In ſubtermiſſos ſolvimus ora modos:
Phœbe tuas quoties memini devectus ad aras,
Pro bove, pro fibris, thura dedi, & violas.
Adde quod obſtreperæ Paſtor tu ſæpe cicutæ
Hæſiſti grato gratus in obſequio.
Riſit, & haud ſtultum, dixit, ſectare laborem:
O argumentis ingenioſe tuis.
Sectabar; cum non longo poſt carmine finem
Impoſuit noſtris Muſa procax numeris.



MI-

MICHAELIS JOSEPHI MOREI,

Ad Auctorem dum esset Melitæ Inquisitor.

MIrabar, quidnam mea circum tempora laurus
Serperet, ac Cycni dulce melos canerent:
Mirabar, quid me Vatum circumdaret agmen,
Quilibet & plausum voce, manuque daret.
Cum mihi se reliquas inter dulcissima Musas
Obtulit ambrosias culta comas Erato.
Subridensque, quid hîc hæres immobilis? inquit,
Et sortis resides inscius ipse tuæ?
Perlege, quæ lauro scripsit Chrysaurus in illâ,
Quæque canit de te carmina culta, vide.
Hinc Cycni, Vatesque tuo plausere decori,
Atque tuis laurus serpere visa comis.
Accessi, obstupuique, oculis nec credere primum,
Ut laurum, & Nomen vidimus, ausus eram.
Mox patuit Nomenque tuum, mox carmina legi
Quæ nostras infecere pudore genas.
Non ego sum tanti, Vir præclarissime, laudes
Ut credam, aut videar promeruisse tuas,
Scilicet & titulis, & sanguine clarus avito,
Et magis exculto nobilis ingenio,
Haud dubitas laudare senem, quem prægravat ætas,
Quem sors ludificat, quem mala plura premunt:
Nec tantum laudas, sed & illum in culmine Pindi
Vatum inter Proceres, Aonidasque locas,

Aoni-

Aonidas, Vatesque inter tu jure locandus,
    Vel summis qui par Vatibus esse potes.
Nam te, sive Elegos libeat tractare, Tibullus,
    Qua flores Erato colligit, ire sinat;
Fingere seu mavis Epigrammata culta, Catullus
    Excipiet numeros nec sine laude tuos.
Ipse tibi Flaccus, cytharam tradente Thaliâ,
    Qua sese abscondit gloria, pandat iter.
Nec tibi Calliope laurumque, tubamque negarit,
    Nec sibi te socium respuat ipse Maro.
Aude igitur quiddam magnum, perque ardua Pindi
    Culmina securo curre, recurre pede.
Expectant te Pierides, invitat Apollo,
    Ac tecum Vatum quilibet esse cupit.
Magnus eris, magnosque inter celebrabere Vates;
    Haud tamen hinc summus sed tibi partus honor:
Namque tibi Pindus dum plaudit ubique canenti,
    Roma parat meritis præmia digna tuis.
Sic simul & lauro, simul & circumdatus ostro
    Augebis gentis splendida gesta tuæ.
Ipse procul, dum tu superas quæque obvia, Cyrrhæ
    Vix oculis te per confraga saxa sequar;
Vix oculis, sacri fueris dum magna Senatus
    Lux, potero lucem sustinuisse novam.
Tu tamen & Vates Vatem amplexabere, Princepsque
    Haud me humilem ejicies, despiciesque senem.
Nam te, qui vero traheris Virtutis amore,
    Nec fastus, nec opum pompa, vel aura movet.

Hh CEL-

CELSISSIMO PRINCIPI

MICHAELI CZARTORISKIO

ACUMINE, MIRO: JUDICIO, SUMMO, CONSILIO, MATURO:

ANIMO, MAGNO: INDOLE, EXCELSO:

GRAVITATE, SERIO: FACILITATE, SUAVI: AUCTHORITATE, SEVERO:

HUMANITATE, HILARI: COMITATE, URBANO:

AMABILI INTRA REVERENTIAM:

VENERANDO INTRA AMOREM:

ARMATO, PURPURA, PURPURATO, ARMIS:

ATLANTI SARMATICO:

ORACULO NON AMBIGUO:

DOCTO MÆCENATI: MUSARUM DECORI:

LITTERARUM, AC SCIENTIARUM PRÆSIDIO:

PLATONI CONSILIARIO: ARISTOTELI POLITICO:

SOCRATI MORATO, TULLIO DISERTO:

CONSTANTI; INCORRUPTO: MUNIFICO:

MAGNANIMO: PROVIDO: SAGACI:

APUD OMNES GRATIOSO:

AD OMNIA SUMMA NATO:

HOC CARMEN PLAUSUS ET ADMIRATIONIS

ERGO,

ANGELUS MARIA DURINI ARCHIEPISC: ANCYRANUS

NUNTIUS APOSTOLICUS.

D. D. D.

JN DIEM
MICHAELIS PRINCIPIS
CZARTORISKI
M. D. L. Supremi Cancellarii
Varſaviæ, & Viſtulæ
Colloquium.

ELEGIA.

VARSAVIA. Quæ via tam præceps? fluvio quo tendis ovanti
Viſtula? Quid mediis intumet unda vadis?
Dant Lymphæ amplexis argentea baſia ripis,
Ripaque laſcivis baſia reddit aquis.
Quid canitur? ſumma formoſæ Najades undâ
Læta canunt: toto vix capis amne Deas?
Aſpicimus fuſis Nymphas fluitare capillis,
Aſpicimus donis plena caniſtra ſuis.
Jupiter à Superis terrena an Regna reviſit?
Et jungit magnos Tæda Marita Deos?
VISTULA. Læta dies nobis rediit volventibus aſtris,
De CZARTORISKI Nomine feſta Dies:
Mecum adſunt Nymphæ, mecum Nereides omnes
Narrantes Magni grandia Facta Viri,

Jllius Ingenium velox, Mentemque capacem
Jmperii, Prudentem atque Futuri animum;
Fatales rerum nodos secuisse peritum,
Vestigare Arcana, ancipitesque dolos
Solertem; fraudes obscuras cernere Lynceum,
Regna unde & vigeant serius, unde ruant:
Qui licet irradiet gemmis insignis & ostro,
Sitque Atavum priscis clarus Imaginibus,
Non nebulam exhalat, quam cæca superbia gignit
Fortunam sed virtutis amore domat:
Scilicet hinc illa emanant præconia vocum,
Cum Patriæ Lampas, cum Patriæque Decus,
Flos delibatus Charitum, Suadæque Medulla
Fertur, Sarmatiæ Deliciumque suæ.
At Tu Urbs Sarmaticæ Princeps Varsavia Gentis,
Cuncta Jlli unanimi prospera mente roga.
Huncque Diem propera festo celebrare tumultu,
Et nova Lætitiæ nunc dare signa novæ.

JN MORTEM
HYACINTHÆ URSINÆ DUCISSÆ DE ARCE
inter Arcades Euridices nuncupatæ.

JMpia Perſephone! eccur compleſti omnia luctu
　　Triſtibus invertens gaudia funeribus?
Eccur nos deſiderio tabeſcere cogis
　　Urſinæ, abrepſti quam ſubito immeritam?
An deerant tibi mille modi, truculenta, volebas
　　Si dare funereis magna trophæa rotis?
Aſpice quot flavas vomit alta Boruſſia gentes,
　　Quotve hoſtes tellus evomit Hannovia?
De Regno Hannoviæ poteras, Angloque ſuperbo,
　　Et de Friderico, perfida, ovare Duce.
Cur fraudas vitem, immitis, creſcentibus uvis,
　　Et rumpis læti Veris opes teneras?
Ah! non te flexere preces, non floſculus ævi
　　Jnteger, atque decus corporis egregium?
Non caſtigatæ collecta modeſtia frontis?
　　Jnceſſusque decens, nudaque ſimplicitas?
Stemmata præclaro non te priſca utraque honore,
　　Jllius ah! non te Relligio, & Pietas?
Proh dolor! Euridices cur tanto in turbine Phœbe,
　　Non ſubito auxilium ſenſit ab arte tuâ?
Tu, qui Pœonias agnoſcere diceris herbas,
　　Debueras medicas applicuiſſe manus,

Debueras Nymphæ egregiæ, quâ ſoſpite ſacris
Major honor ſylvis eſſet & Arcadiæ;
Servatâ Euridice major tibi fama fuiſſet,
Quam argutis victus Marſya arundinibus.
Nec tibi tam Python decori, Cyclopſque peremptus,
Enceladusque movens prælia Cælicolis;
Quam modo ab Euridice fatum avertiſſe ſupremum,
Et ſimul Aonium reſtituiſſe decus.
Jlla tuam implorabat opem per tela, per arcus,
Et per Pieridas, & per Hamadryadas.
Forſan tunc aberas? forſan te Theſſala Tempe,
Sive ſuo Daphne te implicuit gremio?
Auguror, an potius ceſſabas lumina ſomno
Languidus ad bifidæ lene caput ſcatebræ?
Ah! pereas, indigne coli! pereasque novena,
Si non fertis opem, turba Heliconiadum!
Veſtrum erat exorare necem, mollire precando,
Veſtrum erat & furvam flectere Perſephonem.
Vana queror; certo lex heu! rata ſtat decreto,
Serviat ut nulli vita fugax homini;
Sed modo præripiat, quem vix conceſſerat, uſum,
Lenta modo effœto in corpore deſideat.
Nec ſemel avulſum reddit Proſerpina crinem,
Quem male damnato ſuſtilit a capite,
Non ſi, perpetuo quot currunt ordine luces,
Aſſiduis Diten ſollicites lacrymis,
Nec ſi flebilius damnato luctibus Orpheo
Jmpellas querulis ſidera carminibus.

Jlle

Jlle quidem gelidi ſolis in vallibus Hæmi
Concinit amiſſam perditus Euridicen,
Exclamans, noſtro Euridice non æqua dolori
Surripuiſti animum, ſurripuiſti animam.
Euridice! Euridice! ſœtâ crudelior urſâ,
His me cur diris ſæva coquis facibus?
In me conſedit furialibus ignibus Æthna,
Æthna Gigantæis ictibus increpitans.
Tu tamen aurifero graderis laſciva ſub Ebro
Contemnens noſtræ vulnera amaritiæ;
Aut laqueos avibus, vel tendis piſcibus hamos,
Aut curſu timidos inſequeris lepores.
Ah! cave, ne cœtu Divûm, aut Junone relictâ,
Te rapiat terris Jupiter omnivolus,
Qui modo Bos, modo avis, fulvum modo verſus in aurum
Simplicibus ponit retia Virginibus.
Aut hos, aut ſimiles Rhodopeius accola queſtus
Jngeminat, calidis turgidus e lacrymis.
Undique conſpiceres deſcendere collibus ornos,
Et præbere graves cantibus auriculas.
Frugiferæ quercus, & coniferæ cypariſſi
Certant implicitis plectra ſequi gradibus;
Tollunt rorantes Fluvii de gurgite vultus,
Et muſſat ripis plurima arundineis
Dryas, exultant rupes, unda aſſonat, udo
Vertice Biſtonios combibit Oſſa modos.
At non audit atrox inferni janua Ditis,
Scabra jacet ſurdis janua cardinibus.

Heu!

Heu! desiderium breve, spem & mortalium inanem!
Heu nimium misera, atque irrita vota hominum!
Occidis Arcadici decus immortale Lycæi,
Occidis! ah pietas! ah pudor! ah facinus!
Jam credam Pana, & Faunos, Satyrosque sequaces,
Et Musas tandem posse mori, & Charites.
Nos miseros! nos tu in noctem caliginis atræ,
Nos tu altos moriens deseris in gemitus.
Jam non felici deducam carmina venâ
Posthac, nec lætum me Arcadiæ aspicient
Colles; per nemorum latebras, per concava vallium
Efferar agresti mœsta gemens numero.
Occidis Arcadici decus immortale Lycæi,
Occidis! ah pietas! ah pudor! ah facinus!
Occidis! & cytharæ tecum siluere relictæ,
Et silet excusso pectine mœsta chelys.
Lugubre justitium præscribitur Hippocreni,
Tecum una Arcadiæ est docta sepulta cohors:
Tecum gaudia nostra abierunt, ceu vapor olim
Ludibrium ventis spargitur Æoliis;
Tecum deliciæ Arcadiæ periere, lepores
Tecum una Euridice funditus occiderunt.
Delia languescunt suggesta, sacrumque Tribunal,
Nec sonat Ascræos Enthea turba modos.
Succedunt lacrymæ Thyasis, querimonia plectris,
Carminibus mœsti funeris exequiæ.
Ipsa etiam intonsos laniata Poetica crines,
Ceu duris Niobe exercita funeribus

Stans

Stans misera in saxo, cui guttatim undique lympha
 Hinc atque hinc gelido decidit e Sypilo,
Ad tua busta gemit, largisque absumitur omnis
 Fletibus, & pheretro corruit usque super.
Sæve dolor! quem non crudeli cominus œstro
 Fixisti, & duris sollicitudinibus?
Roma sepulchrali candescit lurida flammâ,
 Nocturnæque tegunt eminus astra faces;
Et visa est cornu Phæbe languere retuso,
 Et nox per tenebras ingemuisse cavas.
Hæret humi positum, populo lugente, Cadaver,
 Gloria per terras evolat, & maria.
O! ubi purpureo suffusus candor in ore!
 Labraque Sidoniis æmula muricibus!
Heu jacet! at neque adhuc gelido de pectore cessit
 Majestas summis invidiosa Deis.
Verum inter luctus, inter suspiria Conjux
 Pallidulis ducit vix animam e labiis,
Et gemitus ciet, infernos quos fudit ad amnes
 Euridicen repetens Threjicius Juvenis.
Flet domus, immixti & vernæ, immixtique clientes,
 Et plangunt tortis pectora verberibus.
Deplorant matres, & lamentantur avarum
 Funus, & insanæ vulnus amaritiæ.
Et cui non longo tabescant lumina fletu?
 Quis & inexpleto temperet a gemitu?
Cum videt Euridicen claudi squallentibus umbris,
 Primum illi cum ætas florida ver ageret.

Heu! heu! quis triſti non ſcindat pectore veſtem?
Heu! quis luctifico non ſecet ungue genas?
Qui mores, Urſina, tuos, ſenſusque viriles,
Et maturum animi judicium meminit;
Et meminit, tibi quæ fuerit prudentia præcox,
Quæ tenero & gravitas ore verenda foret.
Cognita eras cuinam, cui non mirabilis eſſes?
Quin cuperet viſu perfrui, & alloquio?
At tu virgineo tingens roſea ora pudore,
Semper mira, licet pauca locuta fores,
Pauca loquebaris, ſed quæ pro pluribus eſſent,
Et morum exprimerent, ingeniique bona;
Docta vel auritas ad carmina ſiſtere lymphas,
Haud ſecus herboſo Thracius in Rhodope.
Scilicet Arcadicæ ſpectata Poetria ſylvæ
Fundebas cantus carmina ſuaviloqui;
Qualia amat percuſſa cavis e cautibus Echo
Reddere, quæ diſcunt per ſilüas Zephyri.
Te quoties patriâ miratus voce canentem
Tibris cæruleum ſuſtulit amne caput!
Et ſecum, o quantos excit virtutis amores!
O animos quantâ laude perurit! ait.
Quid? quod & egregias tractabas Palladis artes,
Et ſtudia urbano digna ſupercilio?
Et modo volvebas naturæ arcana latentis,
Nunc mores hominum, nunc populi ſtudia,
Nunc cœcas Regnorum artes, atque abdita ſceptra,
Bellorumque vices, turbida & imperia.

Pul-

Pulchro etiam varias ſociabas fœdere linguas,
Cumque Jtalis quidquid Franca Lycæa ſonant.
Quid plura ? innumeris animi virtutibus ipſas
Æquabas dotes corporis egregias,
Et formæ immortale decus, atque oris honores
Jngenuos; nil in Te muliebre fuit.
Nil in Te muliebre fuit, non otia, non te
Faſtus, non nugæ, non tenuere joci.
Dumque ori hæc fucum indulget, pedibusque choreas
Tota ſuis prorſus dedita deliciis,
Atque vagos hæc culta nimis meditatur amores,
Jlla rotat pictæ ſyrmata longa togæ;
Quam bene, pene inter tot millia, ſola Hyacyntha
Et ſapis ipſa aliis, & ſapis ipſa tibi!
Dum Clario devota Deo, ſanctæque Minervæ
Addicta imperiis otia pulchra teris,
Et genio ſuffulta tuo felicibus auſis
Jngenii certum nomen ad aſtra vehis.
Scilicet hoc animo, tam pulchrâ nobilis arte
Occidis ante diem quæ ſapis ante diem.
Ah nimium dura! ah nimis aſpra in furta parata
Fata! nimis fera, crudelia, & omnivola!
Quis dirus furor, aut quæ vos inſana cupido
Egit, noſtram ægro evellere corde animam?
Quam rapitis, Latiæ Urbis erat nomenque, decusque,
Corculum erat Charitum, corculum & Aonidum.
Jam ſileat veteres miratrix Fama puellas,
Majus quid noſtrâ lucet in Euridice.

Nulla est quam nostræ possis conferre Hyacynthæ,
Inclyta tot claris Græcia Virginibus.
Huic neque blanda Corinna, neq; Aonidum æmula Sappho,
Nec doctor magni Socratis Aspasia
Eripiat decus ingenii, vel frontis honores.
Et bona tot nostris surpuit ex oculis
Jmpia Mors? sed enim quantumlibet impia, sævi,
Jmpia, devotum nil nisi corpus habes.
Parte sui Euridice vivit meliore superstes,
Donec erunt luces, donec erunt tenebræ.
Evolat, & late grandescit fama per Orbem
Fama procellosis ocyor æquoribus.
Muneris hoc illi potuit dare Phœbus Apollo,
Hæc solæ tribuunt munera Pierides.
Non moritur quicumque sui monumenta reliquit
Ingenii, & laudem posteritatis habet.
Quæ quoniam de te monumenta, Hyacyntha, supersunt,
Corporis est tantum vita peracta tui.
Sed quia vita etiam nos corporis illa trahebat,
Longius hanc querimur non potuisse trahi.
Atque ideo ante tui cælestia busta sepulchri
Has tibi funebres solvimus exequias.
Cur tamen exanimem flemus? cur moesta dicamus
Carmina? sors esset ceu miseranda tua?
Te licet immanis Phlegeton sub jura teneret,
Redderet, ut quondam reddidit Euridicen.
Sed non te niger Orcus habet, non Tartarus horrens,
Nec te Cerberei territat ira Canis.

Alma

Alma tenes Cœlum, mediisque interſita Divis
Jam frueris Divûm nectare, & ambroſiâ ;
Atque inter claras Cœli decus Heroinas
Aurea Parrhaſiæ fila moves cytharæ
Felix morte tuâ : non te, Hyacyntha, per omnes
Morborum caſus lenta ſenecta trahet ;
Non tua tot curis liqueſcent pectora, non te
Vipereis figet dentibus Invidia;
Non temni ingenuas uſque indignaberis artes,
Aut nimium doctis invida fata gemes.
Felix , tot vitæ ærumnis quæ libera carpis
Gaudia mortali non referenda ſono.
Si tamen eſt flendum, quotquot huc Arcades eſtis,
Ah ! potius veſtram plangite quisque vicem.
Non ego tunc veſtros auſim componere fletus,
Non ego defleri talia damna vetem.
Improbet has quisquam lacrymas, Academia tantâ,
Quâ ſalſit, ſubito eſt cum viduata face ?
Ergo huc effuſi Arcadiæ veſtigia Vates
Euridicis ſanctas flectite ad inferias.
Huc properate gradum, lugubre & fundite carmen,
Quale refert Natâ deficiente Parens ;
Quosque graves planctus per & æthera fudit, & æquor
Alcyone infeliciſſima, pallidulum
Conjugis ut vidit quaſſatum gurgite corpus,
Aut quos Jſmariis tecta ſub ilicibus
Ingeminat miſeranda ſonos Pandione Nata,
Cum gemit abſumpti fata cruenta Ityli ;

Fu-

Funebri & fronde impliciti crines Cyparissi
Ubertim lacrymas elicite ex oculis.
Aspicite Euridicem violento funere mersam,
Et date solemnes munera in exequias.
Vobiscum calathos plenos afferte amarantho,
Et caltha, & myrto, & flore, Hyacyntha, tuo.
Fundite odoratos quos terra Sabæa liquores
Parturit, unguentum fundite & Assyrium.
Spumantes Baccho pateras & cymbia lactis,
Vergite & Actæi mella liquata favi.
Terque rogum lustrate, Vale ter dicite, amata
Euridice, æternum sit tibi mollis humus.
At postquam gelido fuerit composta sepulchro,
Sculpite in æternis carmina marmoribus,
Carmina flebilibus lugubre sonantia chordis,
Carmina, Posteritas quæ legat, & lacrymet.

TUMULUS
HYACYNTHÆ URSINÆ.

HIc jacet Euridice; roseo sub flore Juventæ
Mors tulit, ingenio credidit esse senem.
Majestatem oris dederat Saturnia Juno,
Blanda Venus formam, Pallas at ingenium.
Quisquis ades, Cineri huic sacro miseresce, Viator,
Mixtaque cum lacrymis oscula fer tumulo.



JLLU-

JLLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
PRÆSULI
ANGELO COMITI
DURINI
Jn Melitensem Inquisitorem delecto
DUCISSAM DE ARCE
Ornatissimam Matronam
Jmmaturo fato Almæ Urbi præreptam
nitidissimâ, exquisitissimâque Elegiâ
suavissime lugenti,
Antelucanos ausus submittit obsequii ergo
ANTONIUS COMES ORIGO.

CArmine vivit adhuc prærepta Heroina Durini,
Et fato immortali est periisse decus.
Dulces exuvias sinerent si Fata, Deusque
Te ut flentem audirent; vivere dulce minus.
Felices lacrymæ, felicia carmina flentis!
Talibus exequiis est quoque dulce mori:
Vixit clara minus, meruit quæ functa dolores,
Quos a Vate suo Lesbia non meruit;
Æternæque fluent lacrymæ, dum æterna dolentis
Carmina stant tumulo non peritura suo.
Mors flentem audivit, Mors ipsa dolere coacta est;
Jnvidam honorato funere pœnituit.

A MON-

A MONSIGNOR
ANGELO DURINI

Per L'aurea sua elegia in morte della Principessa d'Arce Pastorella d'Arcadia col nome di Euridice

CANZONE.

dell eruditissimo Sig. D. Giuseppe Pezzis.

MEentre scalza e leggera
Per la selvosa Rodope
D' Orfeo sen giva le Consorte altera,
Serpe crudele, e subito
Lingua vibrando triplice
Il dilicato piede a lei ferì.
Oh quale Orfeo mai fecesi,
Quando le luci di sua bella Euridice
Or fisse in lui dolcissime,
Ora nel Cielo supplici
Piene del rio velen fur chiuse al dì.
Ei tutta di Lamenti
Fe risonar la Tracia
Pietà chiedendo ai boschi ed agli armenti ;
E de' suoi stanchi gemiti
Alto sentian cordoglio
E le fere, e gli augei, e i sassi ancor ;

E le

E le ſuccinte Oreadi
Sparſe il bel volto di pietoſe lagrime,
E tutti i Dei capripedi,
E tutti ſi vedeano
Seguitarlo i montani abitator.
O inimitabil Vate
Tu piangi un' altra Euridice
Ornamento, e ſplendor di noſtra etate
Steſa da morte barbara,
Qual da paſſante vomero
Tenero fior reciſo in ſul mattin.
Teco gli amori piangono,
E incolte i bei crin d'or piangon le Grazie,
Ed al tuo canto flebile
Più vivamente Italia
I danni ſente del ſuo fier deſtin.
Ma ſu la riva Orfeo
Sceſe del cupo Tartaro,
E poſe il piè nel regno acheronteo.
Quell' aer nero, e languido
Al ſuon di ſua teſtudine
D'animar dolcemente ebbe poter.
Ed il latrante Cerbero,
E impietosì l'anguicrinite Eumenidi,
E rallegrando l'Erebo
Ei ſeppe da Proſerpina
La ſoſpirata ſua donna ottener.

 E Tu

E Tu non men sapresti
Al tocco di tua Cetera
Signoreggiar que' regni atri funesti.
Ma là tua Dea non trovasi;
Che gita è il ciel purissimo
Di nuova stella fiammegiante a ornar;
Stella, che nel suo vortice
Quanto lassù v'ha dì più bel raccoglie,
E alla felice Arcadia
Per l'ampie vie dell'Etere
In seno poi saprà tutto versar.
Sarai più ch'altri acceso
Tu dal celeste reggio;
Su i bianchi vanni della Fama steso,
E Vincitor dell'empia
D'oblivion caligine
Caro vedrai tuo nome ad ogni età:
Nel fortunato Elisio
Infra i miglior Latini il buon Callimacho
Sul vecchio fianco ergendosi
Punto di qualche invidia
Ad ascoltar tuoi versi attento stà.
Qualor lasciando afflitto
Il suol paterno Insubrico
Al Melitese tu farai traggitto,
Lor curvi dorsi argentei
Rammemorando Arione
I leggiadri Delfin verranti a offrir.

E di-

E dietro al tuo naviglio
Spingendo i notator cavai ſpumiferi
Fra cento Dei cerulei
Al tuo bel canto attonito
Su cocchio d'or vedrai Nettun venir.
Tu bea quel Dio poſſente,
Fa ch'egli ſtringa il ferreo
Scotitor della terra ampio tridente,
Con dolci carmi guidalo
Là dove il il mar d' Eropoli
Parte dal Peluſin poco terren.
Dilli, che a colpi fervidi
Ei lo percota quinci e quindi, e ſpezzilo,
E largo v'apra un tramite,
Per cui dall' uno Oceano
Poſſan all'altro venir l'onde in ſen.
Tu ſulla ſpiaggia aſſiſo
Emulator d' Anfione
Fa che quell'Iſtmo dal gran Nume inciſo
Non gia Britanne, o Batave,
Ma ſole navi Auſonie
Delle tue corde al ſuon poſſan varcar;
Sí che le vele ſpieghino
Sole ancor dell' aurora al nero popolo.
E preſto poi ſi veggano
D'Indiche merci, e Arabiche
Felicemente onuſte a noi tornar.

Di sì gran cose al grido
A gara le conchiglie
Tutte vedransi del Sidonio Lido
Le vesti tue per tingere
La più vivace porpora
Recar veloci, e liete al Vatican.
Alla grand'opra affrettati:
Vuoi, che dalla virtù possente armonica
Del tuo divino pettine
Meno di grande, e splendido
Il Tebro aspetti e l'alma tua Milan?
Poiché la chioma adorna
Avrai dell' ostro fulgido
A riveder la madre, e il German torna.
L'amabil suore aspettanti,
E quella, che ravvolgesi
In sacri veli esemplo di virtù,
E l'altra a un chiaro talamo
Crescente onor felicità, delizia,
Vergin, cui bella folgora
Entro i bei sguardi l' anima.
L'Arcade tua simil forse non fù.



Eru-

Eruditissimo Sapientissimoque
VIRO
JOSEPHO PEZZIS.

FElix, qui famâ potuit post fata superstes
Sprevisse ingratæ oblivia Persephones:
Namque ubi Lethæis mergunt nos funera lymphis
Fuscantur Stygii nomina nocte chaos;
Nec tantum viles animas, plebejaque busta
Integit obscuris invida mors tenebris,
Sed quos sublimi jussit Fortuna superbos
Ostroque, atque auro sede nitere duces:
Scilicet Assyrio non fulgens lana colore,
Non syrma illusum barbarico lapide,
Non sceptra, & Sellæ, trabeæque insignia Regni
Noctem Erebi, & furvas dissolüunt tenebras.
Hinc olim docto cecinerunt carmine Vates,
Clausum omnino auras esse iter ad superas,
Munere Persephones ni sacro in limine figant
Auratis ramum fulgidulum foliis.
Sed quis avernalis sylvam peragrare Sybillæ,
Quis valet arcanum, quis penetrare nemus?
Quâ se dives agit pretioso e stipite palmes?
Diis tantum hæc genitos fata secunda manent.
Quod si felicem potuit divellere ramum
Visurus noctis regna profunda, pius

Æne-

Æneas, callem & ſubiit monſtrante Sybillâ;
Non tamen in mortis limine deficiant
Jndecores, auro quibus hæc non fulſerit arbos;
Nam tu Cyrrhæo Laurus amata Deo
Tænarias reſeras ſedes, & ſæva recludis
Tartara, Cimmerias & ſine luce domos;
Hinc quicumque tuis compeſcunt tempora ramis,
Emergunt Erebi triſtibus e latebris,
Rurſus & æthereas læti revocantur in auras,
Inveniuntque ſibi ſplendida ad aſtra viam.
Non Te pigra gelu infernæ vada lenta Paludis
Jmmortali orbant frondis honore Tuæ,
Non Acheron curvis torquens incendia ripis,
Laurus ſacra, urit ſulphure te piceo:
Tu gemini victrix pandis commercia Mundi
Vatibus, inque illos jus tibi Parca ſuum
Cedit: docta tuis redimiti frondibus ora
Pindarus, æternæ & conditor Jliados
Poſt avidos vixere rogos, plauſuque probati
Doctorum volitant multa per ora virum.
Hos tibi, mi Pezzis, ſolers induſtria ramos
Donat, & impediunt ſerta comas eadem,
Hæc tibi Calliope bifidis Heliconis ab oris
Attulit, & leges ſpernere Te ſtygias
Edocuit, non Tu infernâ frænaberis undâ
Poſt cineres, ſiquid Calliopæa poteſt;
Parte tui meliore manens, donaberis aura
Rurſus, & evinces jura tremenda Stygis.

Hæc

Hæc quæ victuris committis carmina chartis,
Se quibus Hetruſcæ jactet apollo Lyræ,
Nomen in aſtra tuum tollent, cæloque locabunt;
Vivitur ingenio: cætera mortis erunt.

Jn Mortem Felis LISÆ VENUSTISSIMI.

LUgete, o Veneres omnes, Lugete Lepores,
Et Charites Cyprii triga pediſſequii;
Lugete, o reliquûm numeroſa examina Amorum,
Atque venuſtorum quidquid ubique hominum;
Lugete! ille ſuæ Liſoettus cura Puellæ,
Jlle ſuæ luſus, delicium & Dominæ
Felis mortuus eſt! quem ſerio amaverat illa
Plusquam ſe, plusquam vitam, oculosque ſuos.
Namque erat & mellitus, & ipſam cognitam habebat
Tam bene, quam Matrem blanda Puella ſuam.
Doctus erat certas avibus componere fraudes,
Doctus & è tecti culminibus rapere.
Parvulus ille erat, atque tenellulus, alter Ulyſſes
Aſt aſtu, atque dolis; ſeu tabulata levi
Luſtraret pede, ſive lacunar, ſive latebras
Obſervans omnes ſedulus excubitor:
Jnde miſer ſi ſe mus proripiebat, in ipſum
Continuo validis morſibus exiliens,

Tun

Tundebatque gementem, denticulisque premendo
Gaudebat lentis ictibus atterere.
Jllepida haud olli facies, neque turpiter hirta;
Splendebant ipsis æmula sideribus
Lumina, subrectis brevis auribus, atque nigellus
Totus erat, tantum pectore lacteolus;
Comptulus atque elegans cultuque, & more, nec unquam
Carpebat tepidos sordidus ad cineres
Somnum, sed tecti in parte interiore cubabat
Mundulus, aut stratis mollibus in Dominæ.
At nunc it per iter nigrum miser, ah miser! illuc,
Unde unquam reducem nemo pedem tetulit.
Ah male sit vobis, male, quæ omnia bella voratis,
O Orci vobis ah male sit tenebræ!
Tam lepidum nobis Felem rapuistis in quæ,
O malefactum! ô mi Felis! atrox facinus!
Ecce tuâ causâ Lisæ rubefacta Puellæ
Turgescunt salsis lumina lacrymulis.
Nequaquam at moriere omnis, meliore superstes
Parte eris, invitâ & vivere Persephonâ
Perges: utque tuos testentur sæcula mores,
Neve tuæ Dominæ dispereant lacrymæ,
Parva tuos cineres quæ nunc complectitur urna
Hæc insculpta suâ carmina fronte gerat;
Hoc niveo tegitur fuscus sub marmore Felis,
Atque fide in Dominam marmore candidior.

Ad

Ad
BARBINAM CATELLAM
LISÆ VENUSTISSIMAM.

QUis non bella tibi invideat Barbina? nitenti
Quam mulcere manu Liſa, fovere ſinu
Uſque ſolet tenero, quâ ludit cumque, facitque
Verba uſque immixtis dulcia blanditiis;
Quam ſic deperit uſque, domi ut ſive illa quieta
Degat, ſive foras ire paret, ſociam
Unam te pedibus, Barbina, domique, foriſque,
Unam Teque viæ diſcupiat comitem.
Et cum ſe ſe epulis capiendis apparat, illa
Convivam menſæ te jubet uſque ſuæ;
Tum hinc, & inde dapes tibi ſeligit, & tibi lectas
Sedula candidulis deproperat manibus:
Mox ubi adempta fammes epulis, & menſa remota
Certat deliciis uſque beare novis;
Nunc te lacteolis prorſum inſerit illa papillis,
Et nunc te labris admovet humidulis,
Totque tibi ambroſio laſciva propinat ab ore
Baſia, quot volucrum millia ſe ſilüis
Condunt, quot tacitas agitat dum Cynthia bigas
Sidera, quot Vates Lesbiolam ille ſuam
Multivolus petiit, Charitum Pater ille Catullus,
Tot qui & largifluo fonte ſcatet Venerum.

Quid felicius, o Barbina, queas, quid & amplius iſtis,
Jmproba votorum ſis licet, expetere ?
At quiddam amplius eſt equidem, quod dat tibi Liſa,
Dat quiddam illa, Deis quod nec Olympicolis
Eſt ſperaſſe datum, invideat quod Jupiter ipſe,
Jpſe quod invideat, qui tenet aſtra, Canis;
Nempe sui adſciſcit ſociam te Liſa cubilis,
Et facit in proprio decubuiſſe toro.
Et meritò, quoniam es Liſæ feſtiva voluptas,
Delicium & blandi blanda medulla joci :
Totque inter, curvo Melite circumflua ponto
Jnſula ab æquoreis quæ modo mittit aquis
Agmina, nativo non deſpicienda lepore
Arte ſuâ Latias docta tenere Nurus,
Vix eſt quæ, Barbina, tibi ſe conferat, oris
Seu formâ, aut lepidi dotibus ingenii.
Nam quid ego ſpeciem referam, argutosque lepores,
Qui paria humanæ pondera vocis habent ?
Quid morum decus ingenuum, nutusque loquaces,
Et tinctos nullâ ruſticitate jocos ?
Et brevis, & parvâ quamquam es ſpectanda figurâ,
Non tamen exigua eſt corpore dexteritas.
Docta vel innumeros errare licenter in orbes,
Ire, redire vias docta vel innumeras ;
Non ſecus ac fluit implexis Mæander in undis
Mobilis & refluit lapſibus ambiguis.
Nec minus obliquæ villoſa volumina caudæ,
Oraque habent proprias nec minus illecebras.

Seu

Seu linguâ lambas, seu dones basia, rictu,
Exertisque pares prælia denticulis,
Aut cum centenos cervicem flectis in usus,
Et suavi lusus indole mille paris;
Quidquid agis, blandi furtim componere amores
Sunt soliti, & facili gratia blanda manu.
Credo ego te urbanos Lisæ, Barbina, Puelllæ
Mores hausisse, & dedidicisse feram.

Ad
ALEXANDRUM DE SANCTIS
Quàm misera sit hoc tempore conditio
POETARUM, ac LITTERATORUM.

NUnquam, ut fama refert, per stagna loquacia Cycnus
Dat sonitum, tepidis flatibus hunc animæ
Ni recreent Zephyrorum: adsit nisi gratia Regum
Haud secus, & favor, atque aura vigil Procerum
Nil recinet Phœbi purus, Pindique Sacerdos;
Plectra etiam atque aureæ cum fidibus Cytharæ
Pulvere squallescent tetro, fœdeque jacebunt
Obruta semper humi. Non Maro defuerit,
Sit modo Mæcenas. Ut multo palmite dives
Vitis eget suffulcimine populeo,
Utque altrice infans, roseo quæ sedula lacte
Jpsum alat, & vigili quæ foveat gremio;

Sic docta ingenia, & præclaræ Palladis artes,
Quo foveantur, egent Principis auxilio.
Olli munus præcipuum eſt, & provida cura
Has tutarier, & quâ pote provehere,
Ut vigeant; quidnam hoc præclarius? At fuit uſque
Exiguus Regum iſte, & Procerum numerus:
Nunc rarus magis; in pejus ruere omnia quando
Cernimus heu! Fateor eſſe aliquem; at quota pars
Eſt modo præ reliquis quæ curet ſacra Minervæ?
Cui cordi Muſarum inclyta ſint ſtudia?
Quis ſacros Vates, & Phœbo digna canentes
Protegit, & grato detinet hoſpitio?
Heu! ubi Piſones nunc, Meſſalæque vetuſti,
Summa quibus doctos fama fovere viros?
Heu! ubi nunc Coſmus, Pater & Laurentius artium?
Heu! LEO ubi, & CLEMENS gloria Pontificum,
In decus antiquum qui reſtituere ruentem
Italiam hinc armis, artibus inde bonis?
Qui nunc divitiis pollent, & honoribus? an qui
Aurea ſectantur munera Pieridum?
Et qui antiquorum recolentes ſcripta virorum
Se Sophiæ in ſanctis involuunt latebris?
Nil minus; At longe iſtis diſſimiles indocti, &
Nil niſi quattuor ænigmata qui Themidos
Callent, ambiguum & ſenſum quocumque vocat res
Ducunt, atque graves qui ſimulant Curios;
Et ſancti ut nomen captent, cervice ſuperbâ
Jnflati damnant quæ tacite intus amant.

O Bem-

O Bembe infelix, ætas si te ista tulisset,
Jsta Virûm, & Virtutum omnium iniqua Parens!
Non te vulgarent donandum murice sacro
Exultantibus e collibus Æneadæ.
Hæc siquidem veteres ætas oblita lepores
Nil nisi quæ pingui Pallade deblaterat
Bartolus, aut spurco Baldus sermone pedester,
Æstimet, atque alios quos pudet eloquier.
Hinc Musis præclusus honos, non ulla laborum
Hinc ratio, hinc nulli præmia proposita
Doctrinæ, & studiis merces ablata bonarum
Artium, & earumdem grande prius columen
Pontificum, cecidit larga & prolixa voluntas,
Nilque adeo quo se jam tueantur habent.
Haud secus ac Scythico Gothus cum fusus ab axe
Barbarus eversâ funditus Ausoniâ
Urbem ipsam sævis tenuit (proh dedecus!) armis,
Pressit & obscœno libera servitio
Jtaliæ colla, & pulchris procul artibus actis
Jnvasit fædans omnia Barbaries.
Quemnam igitur deinceps juvet ardua culmina Pindi,
Atque sequi colles vertice difficiles?
Quemve & Apollineâ circumdare tempora lauro,
Ora Caballinâ proluere & scatebrâ?
Quem penetrare juvet naturæ arcana latentis,
Mensurisve suis corpora dividere?
Quemve orbem solisque vias percurrere mente?
Unde tremor terris; unde Polo tonitrus,
Unde

Unde procellosum surgat mare, moxque residat,
Unde volent nubes, unde cadant pluviæ,
Quid moveat ventos, quid mixtâ grandine nimbos,
Quid quatiat cœlo lampadas horrisono,
Unde nigror solis, cursu quid deficit ipso
Luna cruentato picta genas minio.
Nil laudis, tituli que ferent, nihil utilitatis
Vatibus ista sacris; maxima quin potius
Damna molestorum serie permixta bonorum
Quid memorem; quantis sollicitudinibus,
Quot miseri curis & conflictentur amaris,
Sive oriens sit Sol, sive sit occiduus.
Aspicis ut pallor notet ora, genasque decentes
Occupet exangui fœda situ macies?
Jntempestivi ut fundantur vertice cani,
Ante suum veniat mors properata diem?
Ergo age, multi ajunt, misero quid, carmen, alumno,
Quidve dabis testudo aurea? mellifluum
Donatura sonum vel mutis piscibus? eheu!
Nil nisi plena dolis verba dari aspicimus.
Nempe pruinosis horret facundia pannis;
Tentandum est alio tramite, quas cupimus,
Divitiæ ut veniant, & tinctæ murice vestes.
Cernis, Alexander, quam valido hæc ratiè
Jmpellat sanctis multos valedicere Musis,
Et flocci cœtus ducere Parrhasios?
Jdque potissimum eorum crimine, quos sibi Princeps
Deligit ad supremum imperii regimen.

Nos

Nos tamen in rectis studiis, Musisque colendis
Constanti simus pectore, nec quid agant
Jgnavi Proceres, Regesque ad præmia pigri,
Sit cura, ast homines quid facere atque sequi
Conveniat, quos sola movet fax mentis honestæ
Gloria, & egregiis laudis honos stimulis.
Nam sua virtuti quamvis non præmia dentur,
Perpulchrum virtus ipsa sibi est pretium.

Excellentissimo Domino

ANGELO MARIÆ DURINI

Jnquisitori Melitensi

MÆCENATI CLARISSIMO

ALEXANDER De SANCTIS.

SEu morer Arctoo Boreas ubi sævus ab axe
Arva tenet stricto semper adusta gelu;
Sive ubi vicino emittit sua spicula curru
Nec rapidus versis Sol neque lentus equis;
Seu vigeat vernans jucundo flore juventus,
Seu spargat rutilas alba senecta comas;
Non ego dimovear, Musâ ut, Durine, relictâ
Injiciam studiis otia pigra meis.
Multâ me cupidum stimulat sapientia flammâ,
Qualis ab Ætnæo versa favilla jugo;

Nec

Nec tot Lemnæis confoſſus terga ſagittis
Pectoribus totis evomit Enceladus,
Quot meo Apollineos Pallas cordi intulit ignes,
Muſarum & ſanctus ſpicula fixit amor.
Scilicet ipſa ſui eſt virtus mihi præmium, & ipſa
Æquatur noſtris ſola cupidinibus,
Non e divitiis mercato perdita cultu,
Et non externis vendita muneribus.
Jlla aliis æquum concedat prœmia Numen;
Jllorum curâ non ego ſolliciter.
Murus Apellæâ haud ſumat mihi lumina telâ,
Non Japoniacis menſa dapes patinis,
Non liceat magno famulantum cingier æſtu,
Innuere & grandi juſſa ſupercilio:
Sed juvet in ſanctos animum me inferre penates
Naturæ; & totis mentibus inſpicere,
Quem Deus æterno peperit molimine Mundum
Ut modo mortali conditione regat;
Perpetui ut gyrent poli, ut has elementa recuſent,
Has rerum formas ſemina prima petant;
Inde hominum mores, ſanctarumque intima Legum,
Tum, Trias, arcani ſacra profunda tui.
Hæc ubi contigerim, non me felicior ullus;
Aula vale, & Procerum turba beata vale.
Sed tamen & pretium ſi eſt fas ſperaſſe labori, &
Virtuti externum conciliaſſe decus;
Hæc eſſe in meritis liceat modo dicere noſtris,
Quod pars digna tui quærere judicii eſt,

Na-

Naſcentem Fortuna ſinu me fovit amico ,
Et læta uſque bonis nunc videt ominibus
Qui Te aſſertorem reperi, Durine, Laborum,
Fulcimenque animæ, præſidiumque meæ.
Te noſtri ſidus Fatorum munere ſæcli,
Qui doctas artes, & ſtudia irradias.
Non etenim aerio quæ oculis fulgentia cœlo
Cernimus, humanos aſtra regunt animos,
Nec Babyloniacis ferveſcunt pectora ſignis,
Et ſegetis pubent germina Palladiæ.
At ferus æſtivos accendit Syrius ignes,
Pleiadúm & pluviis frigida ſævit hyems ;
Et faciunt Proceres indocto vilia ferro
Tempora, docta eadem ſed faciunt Proceres.
Utque calorifico magnum per inane vapori
Aurâ ſi tepeat lentus in ætheriâ,
Succurrit, validoque agitat fervore Cometes,
Vitales fundens Rex generoſus opes ;
Sic ubi ſqualleſcunt lapſo ſtudia aurea flore,
Pronaque jam ſubeunt ſæcula barbariem,
Inſignem virtute virum demittere cœlo,
Hæc qui reſtituat, tunc bona fata ſolent.
Talia temporibus Leo, Clemens aſtra vetuſtis,
Talia Moecenas, ac Ptolemæus erant.
Tale & Te noſtris dederunt fata optima ſæclis,
O longe ætheriis ſideribus melius,
Qui rutilas longinquus adhuc, jubar ante diurnum
Præfulgens qualis Phosporus egreditur ;

Sed jam tempus erit, terris cum proxima pandes
Plena ſuper noſtris lumina verticibus.
Tunc mea majori ſurgent tibi carmina Muſâ,
Mœoniâque canet major Apollo tubâ.

AD CLEMENTEM DE RESSEGUIER EQUITEM HIEROSOLYMITANUM.
PROPEMPTICON.

PArce Reſeguerio, Melitæ dum littore ſolvit,
Æole, & ad Gallos dum meditatur iter;
Parce Reſeguerio, neque ſis crudelis amico;
Per vada, per ſcopulos, Æole, ſterne viam:
Tuque indignantes fluctus, Neptune, coerce,
Dum tumidas navis fluctuat inter aquas,
Luctantes fræna Cauros, Auſtroſque catenis
Comprime, fac placidis ire ratem Zephyris.
Fac Rector pelagi, dubiis ſperata carinis
Sidera, & ambiguo lumina fida mari
Pandant fulgentes meliori lampade flammas,
Et reddant clarum nocte ſilente diem.
Quem vectas, ſi jura capis, læſiſſe prophanum eſt,
Lex etiam ſummos obligat iſta Deos.
Jlle eſt Pieridum purus, Phœbique Sacerdos,
An lædet ſacrum dira procella caput?
Quâ

Quâ vehitur meus ille rati, ſervatur Apollo,
    Liligerumque decus nobile puppis habet.
Puppis habet quidquid venerum eſt, & ubique leporum,
    Qudquid ubique joci, quidquid ubique ſalis,
Quidquid doctrinæ potioris, & artis ubique,
    Virtutum, & veri quidquid ubique boni.
Si ſalvum cupis eſſe tuum, Polyhymnia, nomen,
    Hunc ſerva, & rapidis eripe vorticibus.
Puppim, Phœbe, manu, proram, Cytheræa, guberna,
    Nata mari, Charites vela ſecunda date.
Res nunc veſtra agitur, veſtris nutritus in ulnis
    Salſa Reſeguerius dum vada nave ſecat:
Incolumis Meliten linquat, Patriosque Penates
    Incolumis repetat, Diique, Deæque date.
Sic meritas vobis grates ſolvemus ovantes,
    Et cadet ad veſtros victima digna focos.


AD DOMINUM PEYSSONEL. PROPEMPTICON.

O Quæ pacati nimium confiſa ſereni
    Blanditiis, canæ credula ſic Thetidi,
Navis, turbinibus ſperas illæſa doloſi
    Fallere poſſe maris navifragos ſcopulos;
Officioſa licet jucundùm candicet unda,
    Fallax, crede mihi, non habet unda fidem.

Jn gremium cum blanda ſuum vocat illa carinas
Tunc improviſas ſubſtruit inſidias.
Luxuriat faciles cum gratia terna per undas,
Æquoris heu! nigri tunc properant fremitus.
Nauta ſagax, prius obſerva quo dextra regatur
Sidere; quâ fluctus fallier horriſoni
Arte queant; falſi quæ fraus infida ſereni;
Sit tempeſtatum quæ nota præcipitum;
Quid Sol occiduus prodat; quo ſaucia vento
Decolor iratam Luna gerat faciem.
Delicio Aonidum timeo, Charitumque medullæ,
Monſtrifero Tethys quem accipiet gremio.
Tuque Maris Rector Neptune tridentifer, undas
Diſce prius pulſo flamine comprimere,
Et ratibus, nautisque fidem ſervare perennem,
Sirenasque undis innocuas alere.
Quem vectas, gerit Aonio Sirenas in ore,
Jlle eſt Eois notus, & Heſperiis.
Tu Triton conchâ Zephyros infringe ſonorâ,
Doris ut ipſa ſciat, qui venit hoſpes aquis.
Magna, minorque Feræ faveant, procul exulet illa
Quæ perdit miſeros ſæva Lacæna viros.
Deliteant ſeptem radiantia ſidera flammis,
Quasque vocat recte Grajus ab imbre Hyadas,
Emergant gemini felicia ſidera Fratres
OEbaliæ ſoboles inclyta Tyndaridis.
Jpſæ etiam gratum crebræ Nereides agmen
Circumdent gyro Navis utrumque latus,

Pul-

Pulchra oculos Panopæa, & candida Limnorine,
Xantoque, & Drymo. & cærula Cymothoë,
Atque Amphitrite, atque una formoſa Themiſto,
Et cum Glauconome Lyſiniaſſa ſoror,
Et numeros fugiens madidarum turba ſororum
Cætera, per fluctus læta natent placidos,
Crebrius & feriant iteratis plauſibus undas,
Ut reddant geminos concava ſaxa ſonos.
Adſit & ipſe comes Divâ cum Matre Palæmon,
Cum Glauco Proteus adſit & ipſe comes.
Cæruleus Triton, reſonat cui buccina cantu,
Præcedens tutas indicet uſque vias,
Uſque, coronatâ dum prenſo littore prorâ
Æquoreis votum diſſolüatur heris.
Peyſſonelle, vale: o utinam ſalvere juberem
Te reducem! quanti lux foret illa mihi!
Pene erat optandum, nobis ne cognitus eſſes;
Non eſt ignotis pœna carere bonis,
Pene erat optandum, nobis ne cognitus eſſes,
Tu quando nobis tam ſubito eriperis.
Non tamen eriperis; comes indiviſus eunti
Iſte animus tibi erit, tecum iter ingreditur.
Quos jungunt Muſæ, nec diſtrahit ultima tellus,
Nec circumfuſis quâ patet æquor aquis.



Jn

Jn Mortem
ANTONII COMITIS ORIGO
Patritii Mediolanenſis.

ITe procul, procul o crudeles ite Camœnæ,
Undaque Pieriis quæ fugis e laribus,
Ite procul ! non me poſthac juga veſtra videbunt
Molliter in veſtris retibus implicitum.
Veſtrum erat Origum furvo eripuiſſe Charonti,
Veſtri prima fuit gloria qui Nemoris.
Et reputem veſtro victurum numine quemquam ?
Aut veſtrum in Parcas credulus imperium ?
Vos dum Fatorum Dominas, Famæque putavi,
Aſſiduis demens officiis colui.
At nunc Fortunæ, Mortisque valete Camœnæ
Mancipia. O fallax fæmineum uſque genus !
Scilicet ingratas, & inania Numina Muſas,
Vanaque Caſtalidum nomina devenerer ?
Ite procul, procul ingratæ, procul ite Camœnæ,
Nil Mihi vobiſcum eſt : ludite nunc alios.

Ad
VICTORIUM GRISTIUM
Jnvitat eum in Villam ad Magnum Fontem ſitam.

VIctori, cras mane novo, cras ſole recenti
Te vocat ad lætos Villula noſtra lares,

Fon-

Fontibus irriguis lætiſſima, dulcibus umbris,
Ridentem vario picta colore ſinum.
Poſcit & ut venias docto comitatus Abeiro,
Tædia falletis ſic ſalebroſa viæ.
Prandia ſi quæras noſtræ ponenda culinæ,
Accipe, mandet edi qualia Bilbilicus,
Et nos contenti ſcis qualibus eſſe ſolemus,
Sanctarum colimus qui nemus Aonidum.
Noſtra miniſtrabunt præſentes fercula Muſæ,
Qualia cum Danae Jupiter eſſe velit,
Ad quæ cum geminis Aglaja ſororibus iret,
Cumque ſuis Mater nuda Cupidinibus.
Pinguibus accedent bona condimenta catinis
Verba, joci faciles, ingenuique ſales.
Fundet odoriferos genialis Gratia flores,
Ipſa miniſtrabit vina rubens Bromius,
Et quæ Liligeris vitis ſudavit in agris,
Et quæ de Hiſpanis navita vexit aquis.
Talia ſi poſſis convivia ſpernere, dicam
Lætitiæ veram non habuiſſe famem:
Quod ſi vera voles & debes velle fateri,
Ex iſtis dapibus vita beata venit.
Ingenium vis multa cibi ſuffocat, & aufert,
Appoſitam mortem luxuria omnis habet.
Ergo tu cras, Victori, comitatus Abeiro
Huc celer ad noſtros eſſeda verte lares.
Te invitat cœli quæ ſpirat amicior aura,
Vivificoque æther cuncta tepore animans.

Te

Te invitant umbræ, & molli ſaxa oblita muſco,
Antraque, & uvidulæ Naïadum latebræ.
Hoc Helicon, hoc Cyrrha ſitu, Parnaſſia rupes,
Eſſe loco certe crediderim haud alio.
Jupiter ipſe ſuos hic tuto celet amores,
Nec Veneris rutilans detegat auſa Deus.
Hic Lædea Parin Soboles, hâc ſerius umbrâ
Heroam Dido detineat Phrygium.
Huc Cytheræa ſuum ſecura invitet Adonin,
Nec ferus infeſto dente nocebit aper.
Pyramus hic fugiens Thysben exoptet amantem,
Nec dabit hic triſtes viſa leæna neces.
Elyſias mendax miretur Græcia valles,
At mihi nil iſtâ ſit mihi valle prius.

AD ABEIRUM. PROPEMPTICON.

NE ſis, quæſo, meo, Neptune, immitis Abeiro,
Per fluctus facilem, per vada ſterne viam.
Excipe pacato venerandum gurgite pignus,
Nulla ſit in Siculis Thracia navis aquis.
Fac centum æquoreæ cum Glauca Doride Nymphæ
Adnent exiguæ prævia turba rati,
Quales Æſonio Juveni, primæque Carinæ
Adnantes vidit Theſſalis ora Deas.
Quem vectas, ſi jura capis, læſiſſe prophanum eſt,
An lædet ſacrum dira procella caput!

Dic

Dic, mea præclarus tendit per cærula Myſtes,
Dic, illo Sophiæ pectore ſacra latent,
Diſciplinarum, doctrinarumque reperta,
Et quidquid ſanctum pagina ſancta docet.
Non ille invitâ ſulcat Junone profundum,
Hippotaden nulla hic Deiopeja movet,
Non aliquam ficto Didona ut fallat amore
Romulidum rurſus limina ſancta petit,
At genere inſignes claro, ingenioque Puellas,
Quas junxit dio Chriſtus amore ſibi,
Et pudor æternum ſacro velavit amictu,
Ut paſcat verbis, inſtituatque ſuis:
Vota metu duplicant Jllæ, lentosque queruntur
Sollicitæ reditus: Ennoſigææ ſave.
Si profugum Æneam ſervaſti gurgite in alto,
Jllo quod major non pietate fuit;
Nunc quoque veſani fac ponant flamina venti,
Et cadat irati ſæva procella maris.
Fac ſola ut ſpiret genitabilis aura Favoni,
Præcipuum verni temporis aura decus;
Dum properans Latias vir, quo non juſtior, oras
Inſtabili fertur per vada ſalſa rate.
Fallor? an irati requierunt murmura ponti,
Et lætos nautis aura ſecunda vocat?
Sic certe eſt. Viden ut magni cava carbaſa portus
Paulatim Zephyris intumuere novis?
Solve ratem, fauſtis ſuſpendes carbaſa ventis,
Carbaſa mota ſonant, tu modo ſolve ratem.

IN SPÆRAM. NICOLAI COPERNICI.

QUis novus iſte Faber naturæ? quis novus iſte
Jnventor, Terram, atque Æthera reſtituens?
Quam calcamus humum mediis ſuſpendit in aſtris,
Et lunæ comites altius ire jubet.
Mercurius priſcis migrat de ſedibus, Orbis
Jpſe sed immenſi Phœbus habet medium.
Stat Phaeton, nullasque immotus flectit habenas,
Fabula tot Vatum futilis ille fuit.
Hunc circum raptamur & omnis machina Mundi,
Jmmotoque hominum quilibet igne calet.
Cuncta ſibi conſtant, luces, noctesque, minorque
Eſt labor hoc Cœlos conſtituiſſe modo.
Jnverſa eſt rerum facies; humana quid ultra
Mens queat? humani hic terminus ingenii eſt.
Non hoc, Perſa ſagax, non hoc vidiſtis, Athenæ,
Nil tabulis debent hæc Ptolomææ tuis.
Vive, tuoque comes fulge, Copernice, Phœbo,
Nec laudes Terræ verberet umbra tuas.
Jn centro cum ſole mica, ſic cerneris Orbi,
Teque repertorem ſuſpicit ille ſuum.
Qui mediis Solem diſponit ſedibus, olli
Jn medio Solis debuit eſſe locus.

AD

AD
BAIULIVUM De BELMONT.
Triremum Melitæ Præfectum.

BLanda Thalia chelym digitis vocalibus urge,
Dic age jam gratum blanda Thalia melos,
Seu viridi sub colle libet, seu murmur ad undæ
Lene sacræ, citreæ vel strepitum ad silüæ.
Namque Equitum Princeps ductor Belmontius Heros,
Gradivus galeam cui dedit ipse suam,
Nascenti cui luminibus risere benignis
Et Themis, & virtutum omnium honora cohors,
Lauriger en plenis Melitæ subit ostia velis
Barbara Turcarum signa domum revehens.
Fasciæ, inauratæ zonæ, vexilla, jubæque
En signant sacræ clara trophæa Crucis,
O merito, nam quis versu, vigilique minervâ
Suscipiat tantum concelebrare Ducem?
Nondum antiqua ruit Rhodiorum bellica virtus,
Vivit adhuc Equitum quod fuit ante decus.
Ut fremituque virum resonat studiisque faventum
Valletta! ut cives plausibus exiliunt!
Ut tectis plaudunt matres! spectantque fenestris,
Victores subeunt quo pia turba viri;
Lætitiâque fremunt pueri, innuptæque puellæ,
Dulcia cognatis oscula figit anus.

At victi miſeranda phalanx Thracesque, Scythæque
Victori veniunt pompa ſuperba ſuo ;
Lumina ſtant dejecta ſolo, vultusque remiſſi,
Barbara ferratâ compede crura ſonant.
Heroum ductor, Ductorum maxime, gaude ;
Tuque o des tanto ſerta Thalia Duci.

Ad Eumdem
PROPEMPTICON.

INflatum ſubſide æquor, cadat omnis ab undâ
Rumor, det placidum Doris amica ſinum
In morem ſtagni ponat jam Nereus algas,
Et tremulum felix verberet aura ſalum.
En rurſum Jonias verrit Belmontius undas,
Ut cladem monſtris excidiumque ferat.
Quis locus Harpyis ſupereſt immunis in Orbe,
Quo ſeſe in nido Barbara turba locet ?
Barbara turba, maris volitans quæ littora circum,
Quascumque attingit, polluit ore dapes ;
Omnia dum manibus fæde circumvolat uncis,
Jngluviem replet præda nec ulla ſuam ;
Cum dapibus naves, cum navibus arma, virosque,
Cum puero patrem, cum patre raptat avum;
Jngentis linquens veſtigia fæda ruinæ
Velorum pennis per freta cœca volat.

Bel-

Belmonti adpropera; Melite Te Vindice freta
Jmpoſuit proræ publica vota tuæ.
Jpſa tibi ſacras pandit Victoria pennas,
Et clavum, & remos facta magiſtra regit.
Jam reditum illuſtrem ſigno; inclinata per undas
Chriſtiadum in faſtum barbara ſigna fluent;
Atque tuæ lambens veſtigia celſa triremis
Jmpia ſubjectis Luna rubebit aquis.

Ad
ANTONIUM COMITEM
CIANTAR.

ETſi mi incerto titubent veſtigia greſſu
Languida adhuc, artusque officium renuant,
Et manus ægra neget ſolitos conſcribere verſus,
Nec Muſæ oblectent, corpus ubi invalidum eſt,
Namque meos nuper Febris ſævibat in artus
Ut foret aura Æthnæ mitior ignivomæ,
Me usque adeo atque habuit male, paulum defuerit quin
De me æquus Minos fecerit arbitrium;
Attamen imbelles ſint quamquam in corpore vires,
Te, Ciantar, volui his viſere carminibus,
Ne tua, quæ nobis miſiſti carmina nuper,
Plena Petrarchæis carmina acuminibus,
Forte vagis credas nequicquam tradita ventis,
Effluxiſſe meo vel reputes animo,

Quo-

Quorum tunc nobis sensum patiemur abesse,
Cum patiemur agi corpore ab hoc animam,
Sed fortasse meæ quæ sit fiducia menti
Miraris, tibi fastidia quod pariam
Versiculis, nullo qui commendantur ab æstro,
Sed per inæquales qui titubant salebras:
Jgnoscas, Ciantar; mihi nunc non pocula Phœbus
Sufficit, at tristes Phyllirides cyathos;
Non mihi mordetur Laurus, sed Pontica radix,
Inde trahunt istam carmina amaritiem.
Quod cum ita sit, meliora alias tibi carmina condam,
Cum me oculo aspiciet Diva Salus placido.

Ad
CAJETANUM VALENTI
EQUITEM HIEROSOLYM.

QUid me, Valenti, Charitum, Aonidumque medulla
Desuetum Musas flectere difficiles,
Pectoraque Aonio dudum siccata Liquore
Non imitabilibus sollicitas modulis?
Tibia de muto pendet jam pariete fixa,
Et pendent laxis barbita cum fidibus;
Jamque illas situs, & solers obsedit arachne,
Atque ultra cantu tollere se vetuit.
Nobis rauca negat protendere se in sonitum vox,
Ægre & verba suos inveniunt numeros.

Ex

Ex quo etenim liqui veteris monumenta Quirini,
Ac veni Melitem, munus ubi Fidei
Quæstoris facerem, munus, quo haud tristius ullum,
Rara mihi mentem, rara animum aura subit,
Raro Castalios deduxi nectare fontes,
Jnde suis abiit spiritus e numeris.
Sic ubi frigidior brumæ rigor impulit annum,
Fluminaque hybernâ adstricta stupent glacie,
Ora premunt volucres, & vepribus in perplexis
Languidulæ nullis se solüunt studiis:
At tu me exhaustum venæ immortalis honore,
Musarum castris dulcibus & profugum
Carmine suaviloquo ad pugnam, campumque lacessis,
Quodque suum Dantes dicat Aligherius;
Jlle Pater Vatum, de quo non oppida septem
Esse suum certant, tota sed Italia;
Major ab exilio cui parta est gloria, quam si
Non esset Patriam vertere jussus humum:
Jngenio siquidem stimulos dolor addidit, illum et
Fecit ad ignotos condere verba modos.
Felix Valenti! tanti vestigia Vatis
Cui soli Musæ posse sequi dederunt.
Felix! qui molles lacrymas, et vulnera amantis,
Ut sensisse potes, sic cecinisse vales.
Et Dantis niveis vectus super ardua Cycnis
Qua sola unius semita facta solo
Ultra luciferum formosæ Amathusidos orbem,
Dantes ubi sanctâ cum Beatrice sedet,

Mil-

Mille rapis, monstrante illo, miracula rerum,
Et duplici mentis igne citas animum.
Hinc tua Dantæa fervent hinc carmina flammâ,
Indunt Dantæas hinc animis faculas.
Ac veluti densis horrens exercitus armis
Cum pugnam meditans agmen agit, dubius
Spemque, metumque inter, si circumferre tuetur
Ductorem flexu lumina læta hilari
Martia flammato spirantem prælia vultu,
Jra subit fortes impatiens animos,
Conclamat pugnam nutu, strepituque minaci,
Tota acie & Mavors æstuat armipotens:
Sic me animo segnem, & majora agitare timentem,
Frigentemque tuus concitat iste calor,
Concitat iste calor Dantæo numine plenus;
Auctor tu nostri carminis, Aonidum
Tu mi aditum clausum reserabis, tu mihi amici
Præstabis Phœbi munera dia: Vale.

Ad
MAGNUM FONTEM
Qui prope nostram Villulam labitur Melitæ.

PRæstans curarum expulsor Fons Magne, mearum
Te nunc donabo carmine perpetuo;
Ut sit Lympha sacris jam nulla celebrior antris,
Nulla sit Idalio clarior & nemore.

Nam

Nam ſeu poſt ſolem ſuper herbâ ſternere corpus
Ludentem cytharâ, ſive juvat vacuum
Matutina quies ad Fontis amabile murmur,
Securo teneris haud loca graminibus
Mollia deſuerint, nec citra, aut punica mala,
Ditia nec ramis robora Atlantiacis,
Cæſum ubi Ithyn Philomela canit ſub frondibus aureis,
Et turtur viduus voce nemus querulâ
Replet, denſa comis ubi ſibila perſtrepit aura,
Et ſomnos fremitu pellicit exiguo,
Paſtoralia cuſtodes ubi carmina dicunt
Jungentes ſtreperis carmina arundinibus.
Hic me tegmine ſub ſiliquæ tenuis captantem
Auræ frigus opacum Arbiter Aonidum
Numine toto afflat, non jam ut cantibus auſim
Titanas memorare, atque acies Superûm,
Ut genus antiquum terræ Phlegræa caterva
Congeſtos montes montibus impoſuit,
Vaſta prole tumens & in æthera protulit hoſtes,
Saturni unde periclum aula ſenis tremuit;
Amphytrioniades Anteum ut ſtraverit, aureum
Thermodontiacæ baltheum ut abſtulerit.
Jſta canat, magnumque loqui, nitique cothurno
Cui faciles dederunt Muſæ Heliconiades:
Mi ſatis eſt Liſam venturo tradere ſæclo
Poſſe Nurum formâ præcipuam Melitæ.
Nec tu carminibus, Fons Magne, tacebere noſtris,
Quo non divitî aquæ gurgite fertilior,

Oo Qui

Qui nutris plantas fructuque, & flore superbas,
    Quas male sopitus servat adhuc Coluber.
Incingare comam sic semper arundine glaucâ,
    Obturbet puros sus tibi nec latices,
Et tua inauratis felicia jugera pomis
    Bucula lascivis proterat haud pedibus,
Huc potum quoties, cantatum & fessus ab urbe
    Advolo, quæso, tuas porrige delicias.

CAJETANO GOLTIO
MUSARUM CORCULO
ANGELUS DURINUS
S. P. D.

Describit Villam ære suo Melitæ ædificatam:

NOndum æquatæ sunt inter nos rationes, Clarissime Golti. Ego epistolam scripsi ad Te, cum binas a Te acceperim. Ne te, quæso, putes difficilem nactum fuisse debitorem, aut me mei immemorem debiti esse factum, cum nihil mihi minus accidere possit. Distuli responsum, donec ruri essem, ubi magis sancte Musas, & Minervam colo, ac proinde ubi dignius tibi litare possum. Hùc secessi initio hujus Mensis. Comites ruris, aureus tuorum Carminum libellus, & cum eo Veterum Romanorum Senatus. Hic studiis pascitur animus, non fatigatur; oculi amoenitate prospectus animum fallunt, & simula-

cra

cra rerum describendarum menti vividius renunciant. Nihil delectabilius varietate, ac nihil hoc Cœlo magis varium; Et me Villa tenet Venusinâ digna Camoenâ. Scribetur, mi Golti, tibi forma loquaciter, atque illius situs, cujus jam paulo ante misi Epigraphen. Est locus hic Magni dictus de nomine Fontis, cujus fundum obtinet hocce Tribunal, sontibus unde timor, Civibus inde salus. Erat ibi rupes abrupta, atque aditu asperrima. Hanc ego domui, expugnavique complanans, Villulamque usibus capacem, & satis eleganti opere superstruxi. Continui colles eam coronant, nisi, (ut ait Venusinus,) opacâ valle dissocientur; iique vite, atque oleâ convestiti ipsum cum Pallade Bacchum mutuo fœdere jungentes nunc eriguntur rigidius, nunc lenius explanantur. Prospectus adeo amplus, ut princeps urbs Valletta, Portusque undantes navibus omnigenis, ac tota pene Insula fenestris excipiatur. Cœnationes & conclavia ad blandientis naturæ lenocinium nata esse videntur. Ante Ædem area exporrecta ad centum passus, & quadraginta ambulationem, si domo egredi piget, sufficit satis magnam. Habet & suas hortus gestatiunculas, quas hinc inde excurrens candidæ Mori coma distinguit. Est & Porticus longa, quâ spatieris, cũ multo descendit Jupiter imbri. Ille sed Villæ mihi præter omnes Angulus ridet, ubi procera, atq; ingens Siliqua ramos pandens hospitales, multâque umbrâ suum amans juvare Dominum efficit coenaculum vernans, quod & marmoreis circum sedilibus moram facit, quodque, si relinquendus sibi Helicon esset, Phoebus eligeret. Citrus, Malus aurea, & Punica sunt etiam umbræ nostræ. Nec desunt antra tophis horrentia, & quasi humano opere excavata, quæ vel Adianthus viridi ce-

ſpite, vel longiſſimis corymbis antiquæ hederæ veſtiunt. Fons etiam, qui regionis nomen facit, prope Villam ſtrepitat, & Muſas potius, quam ſomnum conciliat ſuo murmure. Ibi carmina modulor, & exiguum ejus Numen pro Phoebo evoco: Super omnia Coeli aurea quædam ſpecies, & ad Syrii levandum calorem famulantes auræ, quas Natura ex propinquis collibus certis horis nunquam fallens fidem educit. Æſtas diebus, temporibus, non calore hic numeratur, & dum in reliquâ Inſulâ.

Aura, Canis diras contra flans irrita flammas
Jpſa calet, motas conduplicatque faces;
Aura, Canis diros hic mitis temperat ignes
Demulcens flabris aera frigidulis.

Jn tam beatæ naturæ gremio ſequor genium loci, non ut Plinius in Laurentino, aut ad Larium, qui non ſolum ſtudebat, ſed venabatur, & piſcabatur; Ego tantum ſtudeo, ſed venantes tamen ſub obtutum cadunt: Verum ego otium meum deſcribo tibi, cui tam graves occupationes otium omne adimunt; ſed ut pugnaciſſimi milites in prælio ludere ſe dicunt, ſic tu in maxima negotiorum tempeſtate otiari Tibi videris. ſed abrumpo, & caſtigo ſtyli luxuriem; ſentio enim hoc mihi objici, quam malus Poeta inter tot hederas.

Haſce eram obſignaturus, cum allatæ ſunt litteræ nunciantes parum abfuiſſe, quin ſummum Pontificem ocyor aura nobis tolleret; ſed paulo poſt, Deo dante, convaluiſſe. Ut legi, ut arripui calamum, atque invectus ſum in diram illam vim morbi, quæ tanto Pontifici vitam extorquere aggreſſa eſt. Soteriam etiam cecini. Crede, mi Golti, verſus extemporanei

nei sunt, nec ter scribenti effluxit clepsydra: mitto; si Tibi probari poterunt, omnis felicitatis fastigium sunt adepti, cui placuisse reliquorum gratiæ, vel invidiæ præfero. Quamquam si interrogem palatum meum, quotidianum nescio quid, & vulgare sapiunt, ut in heroicâ scenâ socco incessisse videri possim: sed supra cothurnū ēinebunt, si Tibi satisfacient: suffragio, quo Poetica res sustinetur quo oracula Arcadiæ sanciuntur, poterunt hæc carmina Romanâ civitate donari, atque assurgere in eum apicem, quem Tu illis constitueris. Vale, vive Musis, quæ in Te vivunt, & me porro ama, qui te usque hoc gesto pectore, & his oculis. Melitæ, ex Villulâ meâ ad Magnum Fontem. IX. Kal. Octobris

Ad Eumdem

Litteræ Tuæ XXV. Februarii ad me datæ, tuæ erga me benevolentiæ notis illustres, me cumularunt ingenti lætitiâ. Gaudeo enim, ac triumpho, Tibi, teretes cui Cynthius aures formavit, versus illos placuisse, quos perfunctorie, ut verum dicam, & stans pede in uno exaravi. Certe Tuo judicio plusculum mihi tribuere ausim, eoque honestâ ambitione in hoc scribendi genere non nihil incitor. Scis laudatam virtutem crescere, & aliquod calcar subdere mediocribus ingeniis applausus Doctorum. Et quoniam semel apud Te depudui, pergo gnaviter esse impudens, atque audeo iterum Tibi obtrudere male natos fœtus, quos lambere non vacavit mihi utpote festinos partus amanti. Recens optimi Custodis nostri, & de Arcadiâ optime meriti desiderium incompositas ciere docuit Musas. Cecini moestis tibiis funebris Næniæ incom-

ptos

ptos versiculos, atque etiam nonnulla Epigrammata. Tu, Vir Magne, si placent, oculis tuis dignare, & gratiâ, quam si vel minimam invenerint, in Coelum abire videbor; Tu mihi Responsum, Delphos, Cortinaque Phoebi; sin minus, Vulcano tradantur. Malui balbutire, & dissona scribere, quam obmutescere. Quæ si non arridebunt exactis ad omnem elegantiam auribus, officio tamen pietatis, & nostri in Moræum affectus probari fortasse poterunt. Arcadiæ Custodiam, Brogio delatam fuisse lætor; Quem doctrinam cum probitate conjungere jam sciebam, atque illum non sapere modo recte, sed facere. Maluissem tamen, nam quid dissimulem? insignem istam Provinciam Tibi obtigisse. Nam Parrhasio Colli fulciendo Te dignior certe Atlas surrogari non poterat, quem Boni omnes, ac Docti jamdiu ut Principem Arcadiæ suspiciunt, ac venerantur. Sed cum nihil aliud desit tibi præter titulum, titulum indignari par erat. Tu, Vir amplissime, cura, ne quid detrimenti capiat Arcadia a petulcis illis pullis, & fac repetant mandram.

Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu compressa quiescent.

Vale; & quantum Musis, mihi fave. Raptim e Musæolo nostro dictabam Melitæ XXIV. Martii MDCCLXVI.



TU-

In TUMULUM
JOSEPHI MOREI
Arcadiæ Custodis Generalis.

URna brevis, Vates heu! quot, divinaque claudis
    Nomina digna tegi marmore Pyramidum!
In te Virgilii requiescunt busta Maronis;
    Busta, Catulle, tua; busta, Tibulle, tua.
Busta Venusini Vatis, Vatisque Peligni
    Credita sunt fidei, Nobilis Urna, tuæ.
Quale o depositum! quali servanda metallo
    Busta Poetarum tu, brevis Urna, capis!
Jsta in Moræo quia turba revixerat omnis,
    Omnis in hoc uno contumulata jacet.

IN JOSEPHI MORÆI
Arcadiæ Custodis Funus.

NÆNIA.

SPargite ad hunc lapidem flores, & serta, Poetæ,
    Et tumulum violis sternite Parrhasiis.
Spargantur crocus, atque rosæ, vernique hyacinthi,
    Liliaque immixtis alba papaveribus.
Nec desint hederæ, myrthique, & pampinus, & quâ
    Vos caput ornatis, Laurus Apollinea.

Fundi-

Fundite lac, unguenta, oleum, far, mella, merumque,
Quodque fluit liquidis nectar arundinibus.
Mollis & ad ſacram fundatur amaracus Urnam,
Et thus, & nardi copia Achæmeniæ.
Atque ſepulchralis quæcumque in munere pompæ
Antiqua aſſuevit ſolvere Relligio.
Sic meruit, totum ſtudiis melioribus ævum
Qui dedit, & ſceptrum qui tulit Arcadiæ.
Cujus adhuc noſtras mulcet concentibus aures.
Dum ferit argutam Terpſichore cytharam.
Non Elegos melius Naſo, non ipſe Tibullus,
Nec magis exacto pectine Callimachus.
At mores niveos, quamque officioſus in omnes
Vixerit, æquali carmine quis memoret ?
Cui magis incorrupta fides, rectumque, pudorque
Conſtitit, & ſanctæ fœdus Amicitiæ ?
Hæc alii melius celebrent, tuque optime Golti,
Perſpicienda dabis, quo decet, eloquio ;
Cui pius exequias Phœbus mandavit Alumni,
Tu apta vides melius Manibus egregiis.
Felix Moræus talem ſortitus amicum,
Jlle tuo vivet non minus ingenio.
Non majus poterat quicquam præſtare ſepulto
Fortuna hoc, Golti, quod colis, officio.
Nota Viri virtus pridem omnibus, ut tamen illam
Certius agnoſcant, Goltiade, efficies.
Nulla pio Cineri poterit magis Urna placere,
Jre nec ad Superas lætior illa Domos.

In

In Ejusdem Obitum.

HENDECASYLLABUM.

GEmant Aonides, ſimulque fuſis
Stillent undique lacrymis, Lyræque
Mœſtum, & flebile perſonent; Amores
Blandi, & vos Charites facetiarum
Oblitæ, ſaliumque, quaſſa crebro
Planctu tundite pectora, & choræis
Nec poſthac juvet immorarier, vel
Vocalem digitis chelym increpare,
Huc concurrite crinibus ſolutis,
Et ploratibus, ejulatibusque
Strepant omnia; triſtibus querelis
Sonet Parrhaſii virens cacumen,
Priventurque ſuo nitore Lauri,
Et molles hederæ, brevesque myrti.
Roma en juſtitium omnibus Poetis
Indixit; jacet heu! jacet Myræus,
Jlle ille Arcadici Chori Sacerdos,
Myræus cytharæ potens Latinæ,
Myræus cytharæ potensque Thuſcæ.
Jllum condidit hoc Apollo buſto,
Auratasque comas ſcidit, deditque
Sciſſas inferiis, rogique flammis
Munus nobile barbiton cremavit.
Leſſum ducite, cantibusque pullam

Ter circum tumulum vocate pompam :
Magni ſolvite Manibus Myræi
Munera ultima, ferte thura, ferte
Stacten, ſpargite liliis ſepulchrum :
Spica perpetuo locus Ciliſsâ
Spiret ſuavifluique odore moſchi ;
Locum hunc Cynthius eligit relictâ
Delpho, ac Phocide, Phœbus enthea unde
Sacra oracula Vatibus patente
Cortinâ, atque adytis canat recluſis ;
Cognomen Veteris Clari, atque Cyrrhæ
Nunc odit, Lyciique, Deliique
Rejecit titulos procul, ſed eſt jam
Myræus patiens Deus vocari ;
O nulli decus hactenus tributum !

Jn Ejusdem Obitum
EPIGRAMMA.

MOrs rapuit Myræum; animæ gaudete ſilentum,
Jam fulget vobis tuta quies iterum.
Ad vos deſcendit novus Orpheus ; ille canorâ
Arte Lyræ Regem leniet anguicomum,
Siſyphus excutiet ſaxum, ceſſabit ab orbe
Ixion, Pelopis ducet aquam Genitor,
Ceſſabit rodi Tytii jecur ore cruento
Vulturis, atque utres Belides abjicient,

Mitescet Minos, Rhadamanton, & Æacon Umbræ
Gaudebunt torvos deliniisse oculos.
Este alacres, ac dum cessant tormenta, catenis
Exuti, evadat qui potis effugere est.
Ad libertatem portis concurrite apertis,
Myræo Elysias ingrediente vias.

Jn Eumdem.

ARcades intenti linguis, animisque favete,
Myræo ecce facit Goltius inferias.
Et titulis ornat, violisque, rosisque sepultum,
Aridaque effusis busta rigat lacrymis.
Utque suo vivum complexus amore Poetam,
Defunctum digno sic colit obsequio.
Cumque ævo possint pulcherrima marmora rumpi,
Olli mansurum constituit tumulum,
Et vehit in Cælum solvi metuentibus alis;
Credite mi, tanti pene obiisse fuit.

Jn Eumdem.

ARcadici Custos Ropheaticus Agminis, & lux
Heu obiit! ah Fati vulnera sæva nimis!
Tu myrtum, & tristes violas, Golti optime, pleno
Das calatho, & mœstis funus obis modulis.
Audiit hos gemitus Parnassi Numen, & imo
Pectore collacrymas hos dedit ore sonos.
Tristia semper erunt hæc carmina funere tanto,
Semper honoratum hoc carmine funus erit.

Jn Eumdem.

OTia Parrhasii moderatus publica Montis
Myræus rexit regna diu Arcadiæ.
Sceptrum illi calamus facundior, ore diserto
Sed canere ingeniis jura dedisse fuit.
Paruit Arcadiæ Pubes ut jussit, & olli
Stipavit Vatum plurima pompa latus.
Fessus nunc posuit fasces, quæque otia sylvis
Arcadicis rexit, carpit in Elysiis.

In Eumdem.

Dum tibi vita fuit, Latiis, Myræe, canebas,
Pangebas Thuscis carmina docta modis.
Inclyta sed fato nunc ora premuntur iniquo,
Jpse tamen tacito non potes ore premi.
Plurimus ecce tuas Arcas parat edere laudes,
Qui Vates fueras, nobile carmen eris.

Hæc sunt quæ canimus veri monimenta doloris,
Hæc sunt Arcadici justa sodalitii.
Manibus hæc, Myræe, tuis cano, dedico, pono
Supremum nostræ pignus amicitiæ.

IN JOSEPHUM BROGIUM

Arcadiæ Custodem recens electum.

ARcadiæ, Brogi, dum tendis sumere sceptra,
Phœbus en alter adest, Rex Heliconis ait.

Læ-

Lætentur lauri conſpectu Præſide tanto,
Ulteriusque loci non ego Præſes ero.
Arcadiam moderare, licet namque abſit Apollo,
Te moderante illam, Phœbus abeſſe nequit.

In Eumdem.

Muſarum, Brogi, lumen, ſuadæque medulla,
Te vocat en feſtis plauſibus Arcadia.
Muſarum lumen par eſt dominarier illis
Jmperii pars hæc eſt obeunda tibi.
Te Creſcimbeni, Laurentinique diſerti
Agnoſcunt Manes, & tibi ſceptra ferunt.
Arcadia ante tuos tentat procurrere vultus,
Sed natura loco cedere ſaxa negat.

In Eumdem.

Elyſiis dum fama recens illabitur oris,
Manibus & doctis nuncia vera refert,
Arcadiâ Brogium in magnâ clareſcere Vatem,
Qui ſceptra Arcadiæ non peritura gerat;
Lætatur Creſcimbenius cognomine tanto,
Laurentine ſalis tu quoque lætitiâ.
Arcadici vocat hunc hæredem pectinis, huncque
Hæredem ſceptri poſcit uterque ſui.

In Eumdem.

Arcadiæ unde novâ rident ſacra limina pompâ?
Brogius Arcadiæ ſceptra canora tenet.

Aſpi-

Aſpicis æternas motare cacumina Lauros,
Gliſcere lætitiâ marmora & ipſa vides.
Credibile eſt quoque, te poſſint ut cernere, Brogi,
Doctorum Manes huc properaſſe Virûm.

In Eumdem.

Phœbus ait, dulces nobis aſſiſtite Muſæ,
Ferte ſimul plenâ munera ferte manu.
En novus Arcadiæ ingreditur mea culmina Cuſtos,
Geſturus ſacri ſceptra diſerta Jugi.
Jam pridem tali nobis dignandus honore,
Et quoque ſublimi laude vehendus adeſt.
Nec mora, concurrunt Aganippides undique Nymphæ
Turba parata tuas condecorare comas.
Quas inter, lepidæ quæ præſtat munera linguæ,
Orſa refert tales culta Thalia ſonos;
Adſumus, & meritam meritâ cum laude coronam
Induimus capiti, conſerimusque tuo.

In Eumdem.

ELEGIDION.

NUnc te, Phœbe, tuâ devinctum tempora Daphne
Ad tua, dum fiunt, ſacra venire decet.
Ara calet, novus incendit tibi thura ſacerdos,
Parrhaſiam & longo ſyrmate verrit humum.
Ecce

Ecce triumphales impellit pollice chordas
Arcadia, atque hilares tota abit in modulos;
Et vultus, legesque ſuas lætiſſima ſumit
Præſidiis tanti, conſiliisque Viri.
Scilicet hic cedris, & Pindo digna loquetur,
Ore iſto poſſint farier Aonides.
Eſt, Brogi, divina tuæ facundia ſuadæ,
Hyblæos redolet lingua diſerta favos.
Threjicius Vates, doctusque audiris Arion,
Alter & Amphion, Mœoniusque Senex,
Qui Tripodum ſacris, qui plenus Apolline dextro
Attonita eloquio roſtra, nemusque tenes.
Felix Arcadiæ Chorus hoc cum Principe Vatum,
Cui fluit alloquio, pertrahiturque dies.
Hunc, precor, hunc nobis velox aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.
Interea hæc noſtræ, Brogi, molimina Muſæ
Accipe non dubius, quæ tibi vovit amor,
Parva quidem, fateor, ſed qui te digna parabit
Ore ſuo haud dicet, dicet at ore tuo.

Ad
ALEXANDRUM DE SANCTIS.
Invitat ad lugendum, ſimulque celebrandum Miræi obitum.

IN luctus partem te amiſſo, Sancte, Myræo,
Te voco pro veteris jure ſodalitii.

Mu-

Mutuus inter vos amor, & concordia nuper
 Quæ fuit, hoc abs Te postulat officium.
Ecce comas laceræ plangunt & pectora nudæ
 Myræum tristi carmine Pierides.
Tun' Sancti, sileas? tantique in funere amici
 Anne satis steriles esse putes lacrymas?
Plura dolor, Manesque Viri majora requirunt;
 Jlle Tibi magni detulit ingenii
Laudem, Testis ego; Tu, Sancti, digna repende
 Isto, namque potes, munera judicio.
Tu Thuscâ depromе penu, deprome Latinâ
 Digna Aganippæis carmina culminibus,
Nomine digna tuo, Myræi nomine digna
 Carmina quæ quondam Fama loquatur anus.
Myræi ingenium, vastum super æthera vectus
 Perfer ad Eoos, perfer ad Hesperios;
Myræum ut resonet quæcumque Hyperiona ponto
 Surgentem cernit, cernit & occiduum.
Carmina nos a Te lugubri voce canemus,
 Jlla etiam recinet carmina posteritas.
Posthuma Myræi dotes mirabitur ætas,
 Jlla eadem in laudes ibit amica tuas.

Ad
CAJETANUM GOLT.

NOn ita terrifici gavisus cæde leonis
 Victor ovans spoliis Amphytrioniades;
Non

Non ſic Æſonides gavisus Colchidos arte
Cum fuit auratæ vellere dives ovis;
Ac ego, Romano poſtquam ſignata lepore
Obtulit ad noſtros ſe tua charta lares,
Agnovi charamque manum, numeroſque canoros,
Atque hauſi ingentes undique delicias.
Quales ſæpe mihi ſi des, cultiſſime Golti,
O quam mi iſta forent omnia pro nihilo,
Quæ vulgus miratur iners, quæ lumine ſtrabo
Devorat, & credit ſumma hominum eſſe bona.
Regales aliis placeant cum pondere faſtus,
Quæque ornat Latios purpura longa Patres;
Hic faſtos optet Patriæ ſe Conſule ſcribi,
Aut Tarpeja ſuis æra dari placitis;
At mi votorum ſit Goltia Muſa meorum,
Non aliunde velim ſurgere mi titulos:
Non alio malim perfundi pectora melle,
Quam quod Goltiacâ profluit e paterâ.
Melli huic par teneris, puto, Lesbia nota Camœnis
Hauſerat e cyathis, docte Catulle, tuis;
Hoc Nemeſis formoſa ſuos perfudit ocellos,
Et meruit ſerâ poſteritate legi.
Sic ego melle tuo, Golti, modo pectora tinctus
Vivam in perpetuo Mœonidum thalamo.
Muneris hocce tui eſt, alienæ munera famæ,
Lectoriſque tui credulitate fruar.
Scilicet eſſe aliquid credet peregrina Durinum
Turba, nec ignoto jam licet eſſe mihi.

O daret Jcarias facilis mihi Jupiter alas,
Vel quibus accinctus Gorgonis eſt domitor!
Continuo Lybicunı ſupra, camposque liquentes
Hinc celer ala vias carperet ætherias,
Antevolansque Notos Latiis me ſiſteret oris,
Non, cernam ut tumidos quos habet aula Deos,
Extra qui dites pictai veſtis, & auri,
Jntra inopes, artisque inſcii Apollineæ,
Queis adeo infenſa eſt Laurus Parnaſſia, Muſæ
Et ſanctæ, & cytharæ dulcis Apollo Parens,
Ut te vel Pindo ferro jam, Phœbe, fugarent,
Apuderentque omnes perdere Pieridas.
Te at genii, ingeniique potens, te, maxime Golti,
Naſcentem placidis quem Dea Suada oculis
Dum rapuit, Lethe eripuit, atque invidiâ ipsâ
Majori indulſit vivere perpetuum,
Qui paris uſque tuo felici e pectore, quæ mox
Præſens, & ventura omnia ſæcla legant;
Te te, inquam, ut propius ſitienti lumine, & ore
Uſurpem, & penitus mente, animoque vorem!
Penderem ut tacitus Golti cantantis ab ore!
Ut patulis cantus auribus ebiberem!
Lurconem dices; fateor, ſed Apollinis œſtrum,
Et deſiderium ſic jubet acre tui.
Gens Italûm quot habet Vates exoſculor omnes,
Deveneror que, tui plus tamen urit amor.
Neſcio quo phyltro mentem mihi pellicis omnem,
Meque Cythienâ quolibet arte rapis.

Sic

Sic paleas electra leves, ſic ferrea magnes
    Pondera, magnetem ſic Cynoſura trahit.
Dulcior haud ullus te, haud ullus grandior, ulli
    Nec tam nativo contigit ore loqui.
Quodque aliis ætas per tædia mille laborum,
    Hoc natura ultro gratificata tibi eſt.
Unus Ariſtonides patrias mage clarat Athenas,
    Quam turba Argolicûm cætera magniloquûm;
Goltius atque unus patrio plus addat honori,
    Jlluſtretque ſuam latius Arcadiam,
Quam vel tota cohors Vatum quos protulit ætas
    Jſta Heliconiacis nobilis ingeniis.
Goltius extinguit cunctorum Lumina Vatum,
    Emicat & cætu victor in Arcadico.
Haud ſecus Eois cum Sol ſe tollit ab undis
    Sidereas roſeo diſſipat ore faces.
Dumque canit, ſiſtunt latices, nemus arrrigit aures,
    Mirati applaudunt Fauni, & Hamadryades.
Talis, in æterno carmen dum pangis Olympo,
    Cingeris a magnis, Delie, Cœlicolis;
Talis & in ſylvis dum cantat Thracius Orpheus
    Movit ad inſolitos ſæcla ferina ſonos.
Jlle feras movit, tu pullos colle vagantes,
    Parrhaſio, & petulans trudis in ima pecus.
O bene! quod tandem per te, procul inſcia Phœbi
    Turba repente ſuas ſe abdidit in latebras.
Nec pede ſacrilego ſacros irrumpere colles
    Ultra illa audebit, Parrhaſiumque nemus.

Ergo Arcas Divûm interpres, & carminis auctor
Cynthius, & Pallas Virgoque, Masque eadem,
Et comites Veneris Charites sine veste Sorores
A puero meritis dedita turba tuis,
Æterno, sanctoque tui inflammantur amore,
Certatim grates & tibi persoluunt.
O Pindo dilecte tui flos unice sæcli,
Phœbus ait, propriis macte potens opibus!
En ego te niveis subductum ad sidera pennis
Mnemosynæ statuo conspicuum ante pedes,
Et capiti impono immortalem fronde coronam,
Hæc tua circumeat tempora temporibus
Omnibus intemeranda, Polus dum sidera pascet,
Cornigeri current in freta dum fluvii.
Sic ille; assensu plausere Aganippides uno:
Fallor? an ad plausum cor mihi subsiliit?

HOs mihi versiculos Magni prope murmura Fontis
Dictavit Latiis incola Nympha modis.
Ah! ne respueris nullo fucata colore
Munera; sylvestris talia gignit humus.
Artifices nasci tecum non possumus omnes,
Hoc est naturæ se superantis opus.

CA-

CAJETANO AZZUPARDO

Medico præſtantiſſimo ob recuperatam ſanitatem.

DIcere Jo Pæan, & Jo bis dicere mecum
Huc age cum cytharâ, carminibusq; veni.
Poſt dirum febris ardorem, maciemque medelæ
Juverunt, vires jam rediere meæ.
O Melitæ lux alma tuæ, quas dicere grates,
Cajetane, tibi, quasve referre queam?
Me prope qui tacitis nigri Phlegetontis in undis
Demerſum a mortis limine reſtituis.
Gens ſic Argivorum experta Machaona, talem
Perdiccam expertus ſic quoque Rex Macedûm.
Quare perpetuis Melite te laudibus effert
Fruſtra oblatrante & nequiter Invidiâ,
Inſula tota ſuum dicit te tota Galenum,
Te vocat Hippocratem Phylliridemque ſuum.
Et merito; nam tu Sophiæ penetralia ſancta
Rimatus pennâ præpetis ingenii
Vulgus iners aſpernaris; mala mille maligna
Aura ferat, tellus monſtra vomat gremio,
Febrium & incumbat Melitæ numeroſa caterva,
Mox tua mox victrix dextera cuncta domat.
Senſa tibi manant e pectore plena ſalutis,
Verba facis patrio dulcia melle magis.
Omnia conſilio præſens vidiſſe potensque
Prævenis, & caſus providus usque graves

Anteis

Anteis; hac aſtris dominarier arte malignis,
Cajetane, tibi Phœbus Apollo dedit.
Jnde Cohors Equitum, & Procerum conſulta petiſcit,
Gallica quos, & quos Itala terra tulit,
Quique Oderam, qui Danubium, Rhenumque biberunt,
Qui & Bætim cinctum tegmine olivifero.
Vive diu cunctis terris Podalirius alter,
Vive diu Melitæ, vive diuque tibi.

MARIA THERESIA
JMPERATRIX LEOPOLDUM
diſcedentem alloquitur.

FIlli, alibi te Fata vocant, vocat altera Tellus,
Thuſcia nunc ſceptris eſt moderanda tuis.
Matris in amplexu tenerum cape Matris amorem,
Jn dictis documen, quo nova ſceptra regas.
Quidquid ages, metire prius; rata pœna nocentes,
Fac maneant juſtos præmia certa viros.
Non odium terror moveat, non fræna reſolvat
Gratia; te timeat, te quoque Thuſcus amet.
Non ſic excubiæ, non circumſtantia pila,
Quàm tegit una fides, quàmque tuetur amor.
Regnatorem etenim peditumque, equitumque catervæ
Non faciunt, miſeri ſanguine non populi

Pur-

Purpura tincta, Jndis non sceptra micantia gemmis,
Clarus & Eoâ jaspide frontis apex;
Jlle est Regnator, qui se Civemque Patremque
Ostendit factis, quique sui domitor
Non sibi, sed populo se se putat esse creatum,
Plectere qui tardus, parcere quique celer,
Qui quoties decernit, amat consulta Senatus
Provida consiliis consociare suis.
Tu es Judex, Leopolde; vide, accusandus ab illo
Ne sis, est legum qui Arbiter omnipotens:
Principis esse puta submittere sceptra Tonanti;
Quam fulcit Pietas, Regia tuta manet.
Nec tibi quod liceat, sed quod fecisse decebit
Occurrat; mentem Jusque, Piumque domet:
Primus jussa subi; tunc observantior æqui
Fit populus, cernit cum sua jussa sequi
Regnantem, & parere sibi: componitur Orbis
Regis ad exemplum; non ita lata valent
Edicta inflexisse homines, quam vita Regentis,
Hæc vitii stimulos, semina laudis habet:
Plus namque exemplis Regnantem, Nate, nocere,
Quam vitiis ipsis, criminibusque scias:
Principis exemplo quod fit, id jure putatur
A populo fieri; Tu, Leopolde, cave;
Vivere te noris medio Telluris in orbe,
Facta tua & cunctis gentibus esse palam;
Occultum esse nihil patitur, cœcosque recessus
Jntrat, & abstrusas fama subit latebras:

Tu

Tu ſequere acta Patris; quàm lætus ab æthere cernet
Se creviſſe actis, o Leopolde, tuis!
Cæſareos imitare Atavos, quos Auſtria grandi
Partu, quos Lotharum ſtirps generoſa tulit
Victores Populorum, Regumque exempla. Sed eheu!
Fles Leopolde? vetor dicere plura. Vale.

MARIÆ THERESIAE
MATRI AUGUSTÆ LEOPOLDUS
reſpondet.

AUſtriadum decus, & columen, quas dicere grates,
Alma Parens, potero, quasve referre pares?
Quæ me, quî recte Jmperii moderentur habenæ,
Non minus exemplo, quam ratione doces.
Tu mentem immenſam curas extendis ad omnes,
Ne quid Cæſareo nutet in Jmperio;
Te ſemper ratio, nunquam Fortuna gubernat,
Nilque facis, quod non Jusque, Deusque ſinunt;
Ut modo bella geras, modo Civibus otia præſtes,
Maxima ſisque foris, maxima ſisque domi.
Sub placitis vixiſſe tuis vel Brutus amaret,
Deſerviſſe tibi vellet & ipſe Cato:
Atque equidem noſtris faveant modo Numina cœptis,
Effecta, o Genitrix, hæc documenta dabo:
Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis,
Perpetuus moniti debitor hujus ero:

Non

Non me unquam populi, commiſſaque ſceptra videbunt
Degenerem Patri, degeneremque Tibi ;
Ante oculos mihi ſemper erit tua, Mater, imago,
Virtutum hæc ſtimulos, ſemina laudis habet :
Enitar, ſimilis tibi ſit Leopoldus, & illum
Agnoſcat Natum quilibet eſſe tuum.

Jn Mortem
EQUITIS LOYACI
Bonis omnibus lugentibus erepti,

DUm Melitæ invictas morbi vis atra Triremes
Occupat, atque infert funera Remigibus,
Tranſtra per, & remos volat ilicet impiger Heros
Loyacus vitæ prodigus ipſe ſuæ ;
Quidquid opis potis eſt ægris partitur egenis
Ultro ſeque ſuis expoliat tunicis,
Queis languentum artus fovet ipſe, atque ulcera cura
Ægrosque a mortis limine reſtituit.
Vidit, & horrendum infremuit Mors gutture hianti,
Atque ait, Jſte meum ſubruit Jmperium !
Et ſimul invadens Loyacum, omnemque pererrans
Contactu, quo homines ilicet intereunt,
Peſtiferamque afflans auram ſuccosque malignos,
Loyacum noſtris ſurpuit ex oculis.
Jmpia Mors, ſed enim quantumlibet impia ſævi,
Jmpia Loyaci nil niſi corpus habes.

Parte ſui ſiquidem vivet meliore ſuperſtes,
Donec erunt luces, donec erunt tenebræ.
Evolat, & late grandeſcet Fama per Orbem,
Fama procelloſis ocyor æquoribus.
Non moritur, qui virtutis monumenta reliquit
Jnteger, & ſociis facta imitanda ſuis.
Deſine jam, Melite, lacrymarum, & læta triumpha,
Tot ſunt Loyaci, quot tibi ſunt Equites.

Jn obitum Ejusdem.

Loyacum merſit propero Mors funere, cujus
Jn miſeros juges dextra recluſit opes.
Unius haud funus Loyaci agnoſcimus; unum
Plurima jam poſt ſe funera funus habet.

Jn Eumdem.

Orba dolet Melite, fera Mors ovat; utraque clamat,
Uno in Loyaco quot periere Equites!

Jn Eumdem.

Loyaci vitam, & mortem vis ſcire, Viator?
Clarus Eques Atavis, clarus Eques meritis,
Non tenebris damnavit opes, ſed largior imbre
Solari innumeros ſueverat ille Jnopes.
Omnia non dixi, quis enim queat? ultima dicam
Facta, quibus vitam perdidit, & meruit,

Dum

Dum languentum artus fovet ipſe, ægrisque medetur,
Contraxit morbi ſemen, & interiit.
Mors bona felicem reddit, ſed & hunc bona vita,
Felix! qui vixit tam bene, & occubuit.

Jn Eumdem.

Vixit Loyacus, quam durum eſt dicere! vixit
Sed Melitæ, & Patriæ: nam ſibi vivit adhuc.
Tu luge, o Melite, luge quoque Gallia, luge,
Quod tulit huic Fatum vulnus, utrique tulit.

Jn Eumdem.

O mors, quid propero Loyacum funere mergis?
An credis tantum poſſe moriri Equitem?
Non moritur, quippe æternum virtute ſuperſtes
Vivit, & eſt famâ mors tibi, vita ſibi.

Jn Eumdem.

Et Pietas, & ſancta Fides hac mole jacerent,
Si poſſent illæ, poſſet & Jpſe mori.
Sed neque mors illis nocet invidioſa, nec ipſi,
Vivus hic utrâque eſt utraque viva Deo.
Vivite felices Loyaci, vivite Manes,
Vobis Mors non mors, ſed nova vita fuit.

Jn Eumdem.

Loyaci ad cineres Melite pia pectora plange;
Omnis in hoc tumulo cauſa doloris ineſt.

Jn Eumdem.

Loyaci meritis ſi par quoque vita daretur,
Non niſi cum Melitâ debuit ille mori.

Loyacus ad Melitenſes.

Jnſcriptas ego non tabulas, non ſaxa requiro,
Sed cupio in veſtris vivere pectoribus.

Melitenſes ad Loyacum.

Solemnem, Loyace, tibi jam ponimus aram;
Namque parem Divis te tua facta probant.
His in pectoribus ſacrabitur ara, tuique
Nos erimus memores, dum Regio iſta Dei.

Jn Eumdem.

Jnſula Loyaco nuper Melitæa perempto
Viſa mihi ſecum ſic gemebunda queri;
Sæpe alios flevi, dum ſic rapetentur, alumnos,
Cauſa tamen nunquam juſtior ulla fuit.

Ejuſdem Tumulus.

Hic, Loyace, jacet tecum laudabile quidquid
Jam Rhodos alma habuit, quidquid habet Melite.

Jn Eumdem.

Quo ſe longa Cohors Equitum, Procerumque Senatus?
Loyaci illuſtres fertur ad exequias.

Eccur

Eccur nulla gerunt in vultu ſigna doloris?
Hinc abiiſſe Equitem, non obiiſſe putant.

Jn Eumdem.

Sat ſibi, ſat claro vixit Loyacus honori,
Vixit ſed Melitæ non ſatis, atque Inopi.

Jn Eumdem.


Loyacum, quo non Equitum præſtantior alter
Extitit, heu! properis Mors rapuit manibus.
Vidit ut erepti at dotes, lacrymasque Bonorum
Jpſa ſuum agnovit crimen, & erubuit.

Ad Eumdem.

Pro miſeris cecidiſſe ægris pulchrumque, decenſque
Duxiſti; haud moritur, ſiquis ita emoritur.

Ad Eumdem.

Ergone perpetuus preſſit tua lumina ſomnus?
At tibi quem tumulum, quosve parem titulos?
Sint tibi pro titulis probitas, Pietasque, Fidesque,
Sint Inopum æterno pectora pro tumulo.



EMMA

EMMANUELI PINTO
Serenissimo Melitæ Principi.

HAlcyon æquoreâ nidos in rupe latentes,
Cum struit, & Cori cum posuere truces,
Si mare quis placidum medio nunc æquore verrat,
Littore arenoso nunc spatietur ovans;
Non mihi non Nautæ laudem occupet ille periti,
Turgidus & jactet, cum silet aura maris,
Artem remigii: sed si Acroceraunia crebro
Fulmine rupta sonent, Joniosque equitent
Per fluctus decertantes Eurique, Not que,
Africus & cinctus grandine nimbiferâ,
Infesto aut Nautis consurgens impete Orion
Neptuni dorsum immane fatiget, aquis
Ut summis non glaucarum grex Nereidarum,
Tritonesque ausint exeruisse caput;
Per freta tunc impune suam qui duxerit alnum
Non Austros veritus, cæruleamque hyemem,
Cesserim ego huic Nautæ famam, atque hic jure Phereclus
Dicatur, Typhisque alter Jasonius.
Hæc tua, quam ductas, navis, quibus, inclyte PINTO
Est jactata undis, estque agitata Notis!
Consilio tamen, & magnorum munere Divûm
Jllam tranquillâ das statione frui.
Tu clavi flexu exiguo deflectis aquarum
Verbera, nunc rectâ, nunc sinuante rate

Cal-

Callidus, & pelagi, cœlique obniteris iræ,
Et modo das Zephyro carbaſa, nunc Boreæ.
Et merito quis enim verſu, vigilique Minervâ
Audeat intrepidi facta referre Ducis?
Tu Fabios, tu Scipiades, forteſque Camillos
Æquas, & Magni nomina Fabricii.
Ut bene tu faſces Melitæ, ſacrumque Senatum
Et regis, & ſancto conſulis imperio!
Per te Jlla eſt Romæ vallum, frænumque Gelonis,
Per te Jlla eſt toti præſidium Jtaliæ.
Certa fides olim tecum ſua fœdera junxit,
Et Virgo Aſtrei filia Terrigenæ.
Jam ſileant immenſa Numæ miracula, quidquid
Js fuit, agreſti debuit Ægeriæ.
At Tu naturâque tuâ, ingenioque ſereno,
Maturoque facis omnia conſilio.
Quo Druſos, quo Marcellos, Brutoſque ſagaces,
Quo Coſſos vincis, vincis & Æmilios.
Jam quinum fluxit luſtrum, ex quo ſors Tibi riſit,
Præclara & Melitæ ſceptra tenere dedit;
At virtus tua ſorte potentior, & magis æqua
Non Tibi fortuitam, non Tibi perque manus
Collatam ſociorum, conquiſitamque Coronam,
Alteram ovans ſacro ſponte parat capiti
Fulgentem magis aurato diademate, Creſſæ
Quod donaſſe Puer Vitiſator Semeles
Nubenti fertur, cœloque locaſſe: decoro
Hanc cum, Maxime Dux, vertice ſuſtineas,

Non

Non ſe ſe æquarit Tibi Liladamius Heros,
Non Valletta ingens, non geminus Cotoner.
Proin mihi non ſolito celebrandum carmine præbes
Te illuſtrem, ac tantis conſpicuum meritis,
Dignum qui Melitæ haud tantum ſacra ſceptra gubernes,
Jmperio at frænes ſolis utrumque latus.

Ad JOANNEM ANTONIUM COMITEM CIANTAR,

Qui Vitam Beatiſſimæ VIRGINIS DEI MATRIS Italis verſibus ſcripſit.

SI mihi, quod cupio, Ciantar, deſcenderet alto,
Qui tibi decurrit fons ſacer eloquii;
Non ego, jampridem levia, & ludicra peroſus
Carmina, ſpes vanas votaque fluxa hominum
Exequerer verſu, nec me labor iſte juvaret,
Jſthæc ſerta meo nec peterem capiti;
Parnaſſi mihi præ ſcopulis, Heliconideque undâ
Hermonius, Libanusque, & Thabor, atque Sion
Inconcuſſa jugis, omnique immobilis ævo,
Jordanesque ſacris uſque ſtrepens ſcatebris
Rideret; præpes me hinc ſimplicis ala Columbæ
Balſameos colles, palmiferæ & Jericho
Tollat odoratum mox per nemus: hinc mea ſurgat
Altior, atque auras Muſa inhians tenues

Jor-

Jordanis pulſet matutino æthera cantu
Semper in immenſum fixa Camoena Deum,
Qualem Cœlicolæ magni per læta volutant
Atria, & æternis icta ſonant modulis,
Ter Sanctus Dominus Sabaothes, omnia late
Plena Deo, Sancti nomine plena Dei,
Et Cœlum, & Tellus, & quod Tellure ſub imâ eſt:
Te quoque, Virgo Parens, ante alios canerem,
Qui Cœli ſupera alta tenent, ut Nûmine ab ipſo
Primus honor tuus eſt, gloria prima tua,
Semper & hoc toto Virgo tibi detulit Orbe
Unanime Electi concilium Populi.
Tu ne ea? Tu certe es, multumque, diuque cupita,
Quamque Prophetarum Cœtus in ore ferens
Nominibus centum centenâ laude ſalutat,
Non imitabilibus concelebrans fidibus.
Tu ſtellis innexa caput, veſtitaque ſole
Aurifluo, & Lunâ fulta pedes croceâ
Fæmina: Te ſeptemgemino Draco ſævus hiatu
Appetit, invalidamque ore vomit rabiem:
Altera tu, meliorque venis mortalibus Eva,
Fallacis Colubri Semine, Diva, tuo
Obtritura caput; verus Te Matre ſub auras
Emergit Salomon; candidulum Gedeon
Tu vellus madidas intactum rore per herbas;
Conflagrans flammâ Tu Rubus in mediâ;
Aronis Tu Virga, ſuâ quæ ſtirpe reciſa
Dat redivivo almas vertice celſa comas;

Tu campi Flos graminei, Tu lactea præfers,
Stipantur ſpinis Lilia quæ rigidis;
Tu, qualem Jericho mittit Roſa; qualis in altum
Gadditis tollit Palma caput tremulum;
Tu campi ſpecioſa nitens quæ floret Oliva;
Lætaque arundiferas propter aquas Platanus;
Monte Sionæo ſtans late viſa Cupreſſus;
Aeriique Cedrus gloria tu Libani;
Et florum ambroſios exhalans Hortus odores
Concluſus; terſum labe procul Speculum,
Quod perhibent Vates; Fons vivâ uberrimus undâ
Signatus; rabidi Stella favens pelagi;
Fœderis Arca, David Turris, clauſi ætheris olim
Porta; quibusve modis eloquar, aut numeris
Nomina tot, Virgo, aut unde hæc facundia? Virgo
Pulchrior Aurorâ, Soleque splendidior.
Salve hominum duros miſerans Regina labores,
Salve o ſpes vitæ, deliciæque meæ;
Ad te confugimus ſoboles miſerabilis Evæ
Exul, & ingentes corde damus gemitus,
Cum gemitu lacrymas lacrymarum in valle cientes,
Eja oculis placidis reſpice, Diva, tuos;
Nobisque exilio functis, bona MATER JESUM,
Quæſumus, o, monſtres unigenam Sobolem,
O Clemens, Pia, dulce Decus, MARIA inclyta Virgo!
O de te genito Numine digna Parens!
Interea hæc noſtræ, quæſo molimina Muſæ
Accipe, non dubium quæ canit obſequium;

Par-

Parva quidem, fateor; sed qui Te digna parabit,
Ciantarii, Virgo, concinet ore tui.

PArthenidis descripta tibi decora alta vovebam,
Carmen quippe tuo conveniens genio.
Si quid erit, quod forte tuas male vellicet aures,
Omne mei vitium dixeris ingenii:
Si quid erit, doctæ bene quod respondeat arti,
Desumptum chartis dixeris omne tuis.

JN VITAM

Beatissimæ VIRGINIS DEI MATRIS ab eodem versibus descriptam.

O Felix operum Ciantar, quo Vate superbit
Jnsula, & antiquam provocat Italiam;
Jlla tuis numeris felicior exit in auras,
Unde minus felix Itala fertur humus.
Nec se Syncero tantum alma Neapolis effert,
Blanditurque minus docta Cremona sibi.
Sic paribus quondam studiis clamabere felix
Hac Patriâ Civis, Patria Cive suo.

Jn Eamdem.

Graja superstitio falsorum facta Deorum
Fortia, & Heroum gaudia vana canat;

Affingatque Jovi, quæ lex humana coercet,
Germanæ thalamos, & Patris exilium;
Furtaque Mercurii referat, Martemque cruentum,
Et chartas fœdet criminibus Superum.
Vos, o Christicolæ, Vatem hunc audite canentem;
Scribitur hæc vestro pagina sancta gregi.

Jn Eamdem.

Carmina Ciantarii non vano sublita fuco,
Sed castum, & puræ sunt Pietatis opus.
Jpse quidem poterat votis majoribus usus
Alta Petrarchæis verba sonare modis;
Ornari at non fas alienis cultibus illud,
Ornat quod Pietas cultibus ipsa suis.

Jn Eamdem.

Virginis intactæ miracula divite venâ
Dum canis, & sacris gesta refers modulis,
Musæ indignantur Vati, mendacia nusquam
Quod fingas, Pindi nec celebrentur aquæ.
Ergo ne Pierides lasciva per otia ludent
Semper, & æterno carmine ficta canent?
Laurea serta negant? tu dedignare vicissim
Munera, majori munere dignus eris,

Jn Eamdem.

SAlve Pietas, Sacraque Musa Ciantaræi!
Te non Helicon edidit, aut gemella rupes,

Et

Et si quid adhuc fabula dat vetus Poetis ;
Sed cœlifero vertice mons sacer Sionis.
Non Pegaseis labra rigas canora rivis,
Sed poscis aquæ munera fonte de perenni,
Unde ætherio pectora perpluuntur imbri,
Pignusque Poli mens bibit entheos furores.
Si Relligio maxima magna laus Poetæ,
Quid majus erit dicere Vate Christiano ?
Nam res Pietas quaslibet erudita vincit ;
Res nulla piâ rarior eruditione est.

Excusatio horum Carminum.

Si mihi vis esset, quæ vellem, carmina certe
Pauca tibi, Ciantar, sed potiora darem :
Nunc mea non posset cum pondere Musa probari
Restabat versus annumerare tibi.

JN NUPTIAS
COMITIS CAROLI DURINI FRATRIS,
Et NOBILISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ TERZAGO.

DUm tua festivis collucent atria tædis,
Et jucunda tibi vincula nectit Hymen,

Me

Me decet Aonio teſtari gaudia cantu,
Effuſasque animi prodere lætitias.
Res ſacra conjugium eſt; fuit illa recente ſub ævo
Namque Creatori proxima cura DEO,
Ne traheret vacuam Cœlebs ſine compare vitam,
Solus & auxilio degeret orbus homo,
Sed veluti vitis ſociæ conjungitur ulmo,
Viveret adjuncto ſic ſibi quisque pari.
O bene! quod fauſto ſuffultum colla lacerto
Te nunc Sponſa ſuis detinet illecebris,
Jnque vicem paribus ſuſpirans ſaucia flammis,
Jpſa ſui Sponſi languet ad intuitum.
Hymen io, Hymenææ io! quid gaudia differs?
Eja age, jam feſtas accelerato dapes;
Eja age, funde merum genio, centumque choreas
Inſtrue, laſcivis juſta Cupidinibus.
Tu quoque quid ceſſas clauſo procedere Olympo
Veſper, Acidaliæ delicium Dominæ?
Dum loquor, argutum produxit Veſperus agmen,
Et picturatis excubat in ſpeculis,
Qualis cum Triviæ ſopitum ad Latmia ſaxa
Vidit ab OEthæis Endymiona jugis.
Jlle tui geſtit numerum ſubducere luſus,
Baſiaque intentis computat articulis,
Quorum ſollicitus cum millia multa notarit,
Mox Veneris Paphias conferet in tabulas.
At tu fœcundo, mitis Lucina, labori
Annue, facque meas pondus habere preces,

Et

Et tu, Sancte Geni, felix tutela Piorum
Progeniem faustis respice luminibus.
Hac serie fulcite Domum, servate Nepotes,
Multus ut e nostrâ stirpe Durinus eat.
Vivite conjugio felici, quique jugavit
Vos, thalami in longo fœdere crescat amor.

JACOBUM COROGNAM

Jnvitat ad suam Villam.

HUc agedum, huc mecum molles te defer in hortos,
Huc inter cantus alituum resonos,
Corogna, urbanas curas, & mobile vulgus,
Atque Equitum strepitus effuge sollicitos:
Jam nitet Autumnus maturis sordidus uvis,
Mollior & placidis labitur annus equis;
Desiit infensus terras ardere jacentes
Syrius, & læto vernat humus cythiso.
Huc agedum, Corogna, vola, tibi rustica Nape
Comitur, & tumidos fingit inepta sinus,
Et format versusque rudes, & pinguia verba,
Pinguia & immixtis oscula blanditiis.
Jam properat tibi pendentes e vitibus uvas,
Pendentesque hederas fronte parat Bromius;
Jnterea incomptos tollunt ad sidera cantus
Virginibus junctis ructica simplicitas.

Care

Care veni, Corogna, ruber tibi cana Priapus
Poma coronatis ſervat in arboribus,
Atque eadem cana, atque eadem ſuffuſa rubore
Æmula non tactis & minio & nivibus.
Hîc videas genus omne avium trepidantibus alis
Continuo in caſſes concidere appoſitos;
Ingeminant miſeræ ſtridenti murmura roſtro,
Et tentant ipſâ fallere lina fugâ.
Excute præcipiti fumantia vincula rhedæ,
Et celeres ad nos huc, age, verte rotas.
Te liquidi fontes, te prata ſonantia rivis,
Ingenioque ſuo rura beata vocant,
Indocilesque viæ lympharum, & triſtis Aëdon,
Antraque muſcoſis roſcida pumicibus.
Hîc certo lepores exercet Delia cornu,
Et capreas rapidis inſequitur canibus,
Dumque levem tremulâ captat ſub fronde ſoporem,
Jncuſtoditæ pone jacent pharetræ.
Hîc Pan Arcadiæ reminiſcens Virginis ignes
Hiſpida cerato labra terit calamo,
Oblitusque ſui, ſed non oblitus amorum
Hæc Deus Arcadiæ prætulit arva ſuæ.
Hîc ſimul in tenerâ frigus captabimus umbrâ
Ornantes crinem pallidulis hederis.
Ut venies, veniet Charitum Chorus omnis, & unà
Permixtis venient Pierides Dryadis;
Jlla fides, numeros blandâ hæc cum voce movebit
Sedula Virgineis cincta caput violis;

Di-

Dictabunt, quæ mox calamo ſcribenda notabis,
Quæque legant Cilices, & Domus Arabiæ.
Sic Mœcenatis Tyrrheni Flaccus in hortis
Quæſivit ſacro ſacram hederam capiti ;
Sic valles, ſic & campos, ſic Arma canebat,
Cujus deliciæ pulcher Alexis erat.
Huc agedum, Corogna, leves huc dirige currus,
Pura ſerenatas dum vehit aura dies.

JN VIRGINEM ASSUMPTAM.

CÆrula per Cœli enabat Pulcherrima rerum
Obvelata animam tegmine corporeo ;
Obvia Luna Olli ſe Terræ ancilla ferebat,
Dicens, ſum formæ, Virgo, figura tuæ ;
Albentes radios nec Fratri obverſa trahebat,
Virgineis tantum obnoxia ſed radiis
Reddebat toto orbe jubar. Sol obvius Olli
Adſuit haud ſolitis ora litus tenebris,
Queis ſe ſe intexit, cum ſancti Humus indiga Veri
Manſit, & irrupit, ferrea vena, Scelus.
Cætera Stellarum turba ilicet occurſavit,
Ipſe piger Plauſtrum liquerat Arctophylax.
Cumque propinquaſſet Virgo regionibus illis,
Late ubi diffuſis intumet æquor aquis,
Æternæque Urbis circum ſurgentia valla
Cingit, & undoſo verberat uſque freto ;

Jllico ſe docilem ſinuarunt ſidera in orbem,
Pons micat, intranti ſic via facta Deæ eſt.
Unda etiam ſtudio fervens Tibi, Diva, placendi
Impigra centenas implicuit ſpecies
Jridis, & multo ſtellas diſcreverat arcu,
Purpureos pingens, cæruleosque ſinus.
Cernere erat rutili fluitare per atria Cœli
Vexilla, & criſtis terribiles galeæ,
Haſtæ, fatiferique enſes, auroque trilici
Thoraces texti, ſcutaque ahena procul
Scintillare, acies toto & diſcurrere Cœlo
Pennigerûm, & denſos conglomerare globos.
Adventare Deam ut ſuperæ videre Cohortes,
Olli adamantæas protinus ecce fores
Cum ſonitu, magnoque Polos quaſſante fragore
Præpandunt verſo cardine nixæ humeris.
Signifer ipſe Aulæ cœleſtis cernuus haſtam
Auream inclinavit armipotens Michael,
Quâ quondam tumidum ſtellatâ ex Arce Draconem
Expulit, & comitem truſit in ima chorum.
Dumque per Angelicas incedit Virgo phalanges,
Geſtiit, & voces miſcuit alta Trias.
Invictæ tonuere arces flammantis Olympi,
Quas Cherubinæis Excubiæ agminibus
Undique millenis ſervant, reus Angelus ex quo
Errans faſtoſo ſpreta per aſtra gradu
Tentavit Cœlo ſummum exturbare Tonantem,
Omniaque impoſito Regna gravare jugo.

Pone

Pone ſequebatur Divam pennata caterva:
Exiliere omnes ſedibus æthereis
Siderei Cives, ſacto & ſimul agmine Divam
Exultabundis circumiere choris.
Jlla autem comi ſe majeſtate ferebat,
Jrradians formæ ſidera honore ſuæ.
Eſt in ſecretis Cœli Mons arduus oris
Eternâ cinctus luce; ſupercilium
Tollit in immenſum: Triados hic Regia ſurgit
Regia mortali non referenda ſono.
Subvectant humeris Divam ſuper ardua montis.
Aligeri æternum Numinis ante Thronum.
Ut vidit Dea, ut exarſit! ſubitoque volatu
Concita ſe cuncis eripit Angelicis
Jmpatiens: gremio omnipotens Trias excipit Jllam,
Lætitiaque novâ eſt viſa micare Trias.
Jllam autem ſacro ſuccenſam pectoris æſtu
Vulneribus Nati conſociarat amor.
Mox juxta Natum Numen Genitoris adorat,
Blandis dein ſponſum amplexibus aggreditur
Dilectum, ſimili ſponſæ qui tactus amore
Ulnis in ſponſam convolat implicitis.
Nec mora, pennigerûm fultus Deus agmine Fratrum
Divæ bis ſenis tempora ſideribus
Cingens, Reginam vaſti jubet Ætheris eſſe;
Fulſit & aurato clarior æthra die.
In gyrum montis ſtudio collecta videndi
Venit Olympicoli cætera turba chori.

Tunc Domini e vultu vox exiit iſta, ſvavi
Exclamans ſonitu, pulchra Columba, veni,
Cognita ab æternis ante omnia ſæcula ſæclis,
Tu mea dilecta es, tu ſpecioſa mea es;
Jam prope Nos ſedeas, omnis conceſſa poteſtas
Eſt Tibi, diſce omni jam dare jura Polo.
Vertitur ecce tuus millena in gaudia luctus,
Gaudia præteritæ munus amaritiæ.
Tuque o, qui noſtræ grave ſpiritus infremis iræ
Æthera per gradiens, fulguraque, & tonitrus
Colligis, & pharetram telis ultoribus imples,
Projice te pronum Virginis ante pedem;
In terras & parce tuos ſparſiſſe furores,
Innuat id nutu ni tibi Diva ſuo.
Tu vero Pietas, per tot diſcrimina Mundi
Res hominum afflictas provida quæ reficis;
Quæque tuo planctu moribundos corporis artus
Suaſiſti induere, ac ferre vices hominum,
Huc ades, ac Divam juxta decumbe MARIAM,
Jlla eſt noſtrarum principium Charitum,
Mundi eſt illa ſalus, mea lux, mea magna voluptas,
Jlla eſt delicium dulce, decusque meum.
Dixerat; atque Furor, Pietasque ad juſſa Miniſtri
Se Divæ pedibus ocyus advolüunt:
Ac verbo Domini æterni trans culmina Montis
Pulſatæ Cœli conſonuere viæ.



Ad

Ad
R. P. SERAPHINUM PORTELLI

S.Off: Cons.Dignissimum Mysteria Sanctissimi Rosarii Elegis expressa

ANG. DURINUS JNQ:

D. D. D.

DOminici Patris o multum Portelle verenda
Progenies, adeo quem pia vita juvat;
Sordescunt tibi quando prophana Rosaria Pæsti,
Et cilicum violæ, Sicelis atque rosæ;
Huc ades ingredior dum sacra rosaria Magnæ
Matris, & ignari dirige vatis iter;
Nam Mariæ roseis intexo candida sertis
Lilia signa piæ mystica lætitiæ,
Ambrosiamque simul fundo myrrhamque Sabæam,
Hæc Hominis tumulo, convenit illa Deo.
Hunc igitur mecum breviter decurre laborem
Lætaque pinge rosis lilia virgineis.
Nuncius alloquitur Mariam demissus ab alto,
Æternum illa Deum concipit ex utero,
Mox abiit rapido montana per oppida passu,
Cognatam ut gravidam viseret Elisabet.
Summum Virgo parit dictu mirabile Numen;
Aura sonat lætis cantibus aligerum.

Sisti-


Siſtitur inque arâ ſummo Deus ipſe Parenti
Lex ut erat; Matri mira canit ſenior;
Jnvenit in templo magnis de rebus agentem
Cum ſenibus carum læta Parens Puerum.
Adde roſis myrrham: mæret nunc Chriſtus in horto,
Orat, & oranti ſanguine membra fluunt;
Nunc (ſcelus) infandæ vinctus poſt terga columnæ
Cæditur, heu multo verbere corpus hiat.
Quin etiam ſpinis hunc turba coronat acutis,
Invida nec colaphis parcit & opprobriis,
Ad mortemque oneroſa ſub trabe procumbentem
Latrones inter fune nefanda trahit;
Nec prius abſiſtit ſæva, ipſum quam videt agnum
In cruce pendentem, linquere diam animam.
Ambroſiam miſcere libet : nam victor Judæ
JlleLeo tandemChriſte reſurgis ovans,
Aſcendisque polum radianti in nube Deorum
Rex, hominumque trahens ex AcherontePatres.
Tum ſonitu ingenti de cœlo mittitur ignis,
Promiſſum Numen Chriſte benigne tuis.
Ac tandem tibi cara Parens aſſumpta triumphat,
Aſtra ſupergradiens cœlicolumque plagas;
Ac tecum Regina ſedet, ſtellante corona
Cincta caput, cœli Diva Erebique potens.
Hæc ſcripſi Portelle tibi Myſteria Sacræ
Virginis in laudem, cujus amore flagras
Quæ mihi non falſæ Muſæ, non falſus Apollo
Dictarunt, pietas magna ſed illa Tua

Quare

Quare oro ut quoties Matrem, Natumque precaris
Mistica Divinis lilia sive rosis,
Seu myrrhæ lacrymas, seu lætos denique misces
Ambrosiæ succos, sis memor usque mei.
At Tu Sancta Parens summi Rectoris Olympi
Hæc audi, & nostris annue jam precibus,
Optatos liceat portus intrare salutis
Te Duce pacatis vela dare & Zephiris.
Nam præ Te tenebræ sunt Lædæ sidera, & Ursæ,
Cuncta minora tuis sidera sunt radiis,
Ergo ades o, nostramque precor rege, Diva, carinam
Unica tu nautis anchora, sidus aquis.

De
Rosarii Imagine.

EN Tibi cum puero pia Mater, & aurea Virgo
Hic cor, ambrosias flagitat illa rosas



Flos pomi abstergat labem, mors insita pomo
Est vetito, sacris insita vita rosis.



Jn

Jn Morbum,
QUO CLEMENS XIII.
Afflictatus est.

LUrida progenies Erebi, morbe, improbe morbe,
Quem infelix pallor, quemque rigor gelidus,
Nescia mensque sui sequitur, tun' proh pudor! ausus
Tantum tunc nefas, ut duce te sceleris
Ante diem properent nigræ sævire sorores,
CLEMENTEM tristi dedere & interitu?
CLEMENTEM, quo nil majus, meliusque dederunt
Dii terris, Latium quo viget, atque caput
Attollit Roma alta, Paterque ex aggere Tibris
Assurgit læto fluctuum ovans fremitu.
Heu! quot venturo ærumnæ glomerantur in ævo,
Lugubri & quàm mersabimur exitio,
Hunc si fata Virum abstulerint, Pecorisque Magistrum,
Jacturam & quantam feceris, alma Dei
Relligio, heu! miseranda, tuos magis aptus in usus
Quisnam erit, heu! cum sint omnia dura tibi,
Turberis toto & passim mœstissima Mundo;
Quàm fœda & nostram nox premet Arcadiam,
Si Pastor pereat, quo extincto Nata Tonantis
Aspicier Pallas nolit, & Aonias
Auferat Arcadicis Phœbus Cantoribus undas,
Pieridesque Deæ plectra sinant miseræ

Jn-

Jnformi ſordere ſitu, velut Orpheus olim
    Cum periit furibundo impete Biſtonidum.
Aſt o Magne Parens, ſummi Regnator Olympi,
    Res hominum æternis qui regis imperiis,
Tanta erit anne feris conceſſa licentia Fatis,
    CLEMENTEM ut nobis invida vis rapiat?
Vulgares animas, devotaque pectora nocti,
    Pondera vana ſoli fata ſiniſtra premant;
His feſtinatis incidant ſtamina penſis
    Exiguum damnum eſt ſerius, aut citius
Tollantur, parvæ inferiæ objiciantur & Orco:
    CLEMENTIS magni eſt ſed facienda ſalus,
Qui Cuſtos hominum tam grandia munera verſat,
    Cui ſacro fulget tantus in ore Deus,
Quo vivo gaudet Pietas, fletura obeunte,
    Nec paritura ullis temporibus ſimilem.

JOSEPHO
CARDINALI PUTEOBONELLO

Ecquid agis Lyra muta? jugum jam linque bicorne;
    Te vocat ad Latios culta Elegeja modos;
Confeſtim niveo feriens & pectine chordas
    Paſtorem Jnſubrici concine læta Gregis.
Eſt hic clarus Avis, Romano & Murice clarus,
    Clarior at vaſti dotibus ingenii;

Uu   Et

Et quas est teneris quondam veneratus ab annis
Sollicitat doctas nunc quoque sæpe Deas.
Nota canam ; sacri quoties calor entheus œstri
Solvit in æternos ora verenda sonos ;
Cynthius Aoniâ circum plaudente coronâ
Æternos avidâ combibit aure sonos,
Insubricæ & cytharam subdit, sceptrumque Thiaræ
Judicio Vates jam minor ipse suo.
Nec minus interea commissæ pondera molis
Librat, & immensum pectore versat onus ;
Et modo se populis, & se modo dividit astris,
Nec sinit immemores muneris ire dies.
Huic lauri, & sacræ coeunt in vertice Mitræ,
Quique Dei, Vatum præsid t Jlle gregi.
Tam bene qui doctas calletquæ, & protegit artes,
Et sibi commissas tam bene curat oves,
Est dignus, Petri Cymbam cui credat, & omne
Quod dederat Petro tradat ovile Deus.

ANGELO ARCHIEPISCOPO
DURINI.
JOSEPH CARDINALIS PUTEOBONELLUS.

QUis te Magne chelym docuit percurrere, Præsul,
Pectine dulce animos mulceat unde melos ?
Jgnea vis genii Cælesti e semine, Vates
Quâ ardent, an lateri fidus Apollo comes ?
Dum

Dum canis, atque oculos agitas ardore micantes,
Vividius pulchro frontis honore nites.
In te unum docti defigunt lumina cœtus,
Atque animum cupidi continuisse student.
Quin etiam tenues ponit levis aura susurros,
Ut Nymphis referat nuntia fida sonos.
Dum canis, ipse mihi videor jam labilis ævi
Exuvias, capitis deposuisse nives;
Me novus ardor agit; circum præcordia sanguis
Jam fervens tardas nescit habere moras.
Ast Tibi Apollineâ præcincto tempora Lauro
Addit splendidius sacra Tiara jubar;
Hæreseos capita hac poteris convellere fretus,
Te vix excipiet Vistula dives aquis:
Atria cum primum surgent Regalia coram,
Principis intuitu quis tibi sensus erit?
Hunc tibi sors primâ florentem nosse juventâ,
Uti colloquiis, & placuisse dedit.
Indole nempe pares par jungit fœdus amoris,
Adversas virtus nescit habere vices.
Perge, vocat quo Te Pastor Supremus Ovilis,
Prospera dum felix omina, Præsul, habes;
Emeritus donec sacro plaudente Senatu
Consilio sedeas, eloquioque potens.



SERENISSIMÆ
MARIÆ RICARDÆ
BEATRICI ESTENSI.

CElsi oris decus, & radiantem frontis honorem,
Et dignas Mundi sceptra tenere manus;
Dulcia cœlestes imitantia lumina flammas,
Lumina vel Phœbo, vel Jove digna coli;
Et quas præterea formoso in corpore dotes
Parrhasius doctâ duceret in tabulâ;
Dum plaudis choreas manibus per mutua nexis,
Et trahis ad choreas lumina cuncta tuas;
Viderat Odrysiis Mavors devectus ab oris,
Viderat, & Venerem credidit esse suam.
Sensit at Estensi natam ut Te sanguine, dixit,
De Venere ambiguum me facit Jsta meâ;
Quæque fuit toto jam formosissima Cœlo,
Jam tandem in terris repperit illa parem:
Sed cur doctiloquæ volitant circum ora Camœnæ?
Fallor? an has etiam non levis error habet?
Quamque ego credideram Venerem, putat esse Minervam
Aurea cum docto Calliopæa Choro?
Scilicet has virtus, & digni Pallade mores,
Quique fluit blando dulcis ab ore lepos;
Me, dulcesque, hilaresque oculi, vultusque serenus,
Umbraque Atestini blanda supercilii,

Me

Me facies supra humanam formosa fefellit,
Me teretes digiti, lacteolæque manus.
Conferat incassum titulos huic maxima Juno,
Sit licet hæc summi Nupta, Sororque Jovis.
Cum facies Veneri certet, mens Pallada vincat,
Jsta erit Insubriæ Juno, Minerva, Venus.

Jn Ejusdem Effigiem.

PRincipis hæc MARIÆ Facies, sic Neptis Atesti
Cernitur, & magnos Inclyta spirat Avos.
Fernando desponsa Duci, lux maxima fulget
Insubriæ, & terris gaudet adesse suis.
Crescit, & in magnos adolescit sponsa Nepotes,
Austriacosque dabit Mater adulta Duces.
Publica res amor est, sed Atesti ducere Natam
Non thalami res est sola, sed Jmperii.

Jn Grammatistem.

VAna solæcismi quod te conturbet imagô,
Non stupeo, cum sis de grege Grammaticûm.
Siren, sirenis, sirenem dicier, & scit.
Nondum subducta est cui manus a ferulâ.
Græca per Ausoniæ fines sine lege vagari
Jgnoras insulsissime quot fuerunt
Pædagoge? palam & Vates majore loquendi
Libertate uti, & multa licere, caput

Queis

Queis vinctum Lauro Parnasside, cuique Camœnæ
Permessi sanctos exhibuere lacus ?
Non tibi; cui geminâ Alecto comitata sorore
Pocula de Marsâ fœda palude tulit.
Tantum ergo te diligimus, Saturnius Heros,
Quàm Enceladum torto fulmine cum feriit.
Et merito; nam quis te nostras, improbe, Musas
Egit asellinis contemerare sonis ?
Et falso carmen nostrum insimulare solœco,
Fœdare & nostras turpiter illecebras ?
Phœbe Pater Tyrio late spectabilis ostro
Nodosâ Atardi cæde nates scuticâ.
Et vos Permessi Divæ, bifidique Heliconis
Quæ colitis fontes, & nemora umbrifera,
Turpantem flores, & vestri munera montis
Atardum furcis præcipitem eijcite.
Ast ego te Pindi labem, Pindi te ego pestem
Armato æternum prosequar Archiloco.

Jn Eumdem.

ASINUS Ad LYRAM.

STertebat sævo curarum exercitus æstu
Herbosâ Vates Thracius in Rhodope ;
Languidus Euridicem lamentabatur ademptam
Pallidulo miseros ore trahens gemitus ;
Lux mea, clamabat, quis te mihi casus ademit ?
Surripuisti animum, surripuisti animam :

Argu-

Argutasque fides cytharæ cogebat eburnæ
Molliter ad queſtus adgemuiſſe ſuos.
Saxa repercuſſos iterabant concava cantus,
Dulciſonos cantus fecerat ipſe dolor,
Queis tractæ ab ſpecubus Lynces, junctique Leones
Tygribus, & Pardi pectora multijugis
Diſtincti maculis, Urſique, Aprique, Lupique
Non jam gaudentes ſanguineis dapibus,
Et quodcumque riget ſetis, vel nobile cornu eſt,
Aut inſigne juba, dente vel uncifero,
Jngenium quibus eſt immanſuetumque, ferumque
Sævitie poſitâ cum timidis capreis,
Damisque, atque omni pecudum grege montivagorum
Venerunt: Aſinus venit & ipſe ſatur
Lappisque, tribulisque, & ſpinifero paliuro
Ridendus longis auribus, atque labro
Abnormi. Ergo iterat Vates dum flebile carmen,
Et teſtudineæ verba Lyræ ſociat,
Undique vitiferis deſcendunt collibus Orni,
Et Myrti veniunt, Hebricolæ & Salices,
Frugiferæ Quercus, & coniferæ Cypariſſi
Certant præproperis plectra ſequi gradibus:
Quaſſat fronte nivem, crinem depexus, & udo
Vertice Biſtonios combibit Oſſa modos;
Tollunt rorantes fluvii de gurgite vultus,
Et muſſat ripis plurima arundineis
Dryas, ſuſpirant Valles, Clivique reſultant,
Atque gemit poſitis ſylva cacuminibus;

Non

Non picturatis compositæ tempora sertis
Vadunt demissis Naïades oculis;
Aspiceres dare signa sui vivacia sensus
Lamentabilibus saxa animata modis,
Sistere at immotæ contra pecudesque, feræque
Æratis veluti nexibus implicitæ;
Arte politarum credas simulacra ferarum
Ni se vita udis proderet e lacrymis;
Torrentes Lacrymarum imbres, & flumina currunt
Usque per indomitos præcipitata sinus.
Ast Asinus nullum sentit sub corde dolorem,
Manat per stupidas lacryma nulla genas,
Surdus & ad modulum vocisque, Lyræque, placere
Non natum absurdis auribus, Arcadicum
Ter, quater extollit clamorem, gutture hianti
Exhalare putes tardam animam, atque loci
Pacem altam Jsmarii, & tranquilla silentia rumpit
Intempestivis absonus usque sonis.
Conjugis Euridices post tristia fata relapsæ
Risisse haud quaquam visus erat viduus
Orpheus; at risit cantu petulantis Aselli
Audito; laxis ilicet e manibus
Olli elapsa Lyra est: rabies simul ecce ferarum,
Vi blandâ ereptâ, mentibus, atque furor
Innatus redit, atque omnes simul agmine facto
Certant in pecudem irruere Arcadicum,
Insiluit primus Leo, totoque abstulit armum
Corpore divulsum, Tygris hians femora

Jn

Jnvadit; disrumpit aper dente ilia curvo,
Ursus Asellinas distrahit auriculas,
Lynx lacerat stolida ora, Lupique bibêre cruorem,
Spreta vorant brutis membraque nobilibus:
Vix pellis confusa remanserat ossibus, illam
Jam haud suspensa Lyrâ, & carmine Bistonio
Millia saxa premunt, tumuli ne gloria desit,
Atque inscripta fuit causa, & origo necis;
Cœlesti obstrepitans tardus testudini Asellus
Præmia tam bardi digna stuporis habet.

SERENISSIMO PRINCIPI
CLEMENTI VENCESLAO
REGIO POLONIÆ, AC LITHUANIÆ PRINCIPI SAXONIÆ DUCI, EPISCOPO FRISINGENSI, ET RATISBONENSI &c. &c. &c.

REgia Progenies, cui vox, virtusque Paterna
Muniit ad summæ culmina Laudis iter,
Audebitne tener tanto se credere Soli
Fætus, & Augusti Principis ora pati?
Nec venit in mentem Phaeton, aut Icarus ales,
Jlle Jovis telis obrutus, alter aquis?

Ww Gran-

Grandia dum ſpirant, majoraque viribus audent,
Congrua fata ſuis auſibus excipiunt.
Non tamen indecori clauſerunt funere vitam,
Sed ſolamen habet mortis uterque ſuæ.
Eridano Phaeton jacet haud infletus, at ales
Jcarus Jcarias nomine ſignat aquas.
Splendida mors, animam radiis effundere Phœbi;
Clarus honos, telo procubuiſſe Jovis.
Quod ſi Saxonicæ lux, CLEMENS, maxima Gentis
Jſthæc noſtra aliquo captus amore leges;
Non ego maluerim Pactoli quidquid arena
Volvit, & ex Indo vectat Jber pelago:
Namque dat indignis ſors ſæpe, merentibus auſert,
Quas ſtupet attonito pectore vulgus opes.
Sed grave judicium CLEMENTIS poſſe mereri
Sola valet virtus, ingeniique decus.

De Morbo

DIVÆ MARIÆ THERESIÆ

Saluteque mox illi redditâ.

THERESA ægrotante, omnis Domus ægra jacebat
Auſtriadum, optabat Cæſar & Ipſe mori;
Quod ſi Thereſam mors eripuiſſet, eodem
Funere functa Domus, Cæſar & Ipſe foret.
Hoc Atropos mirata neſas, feritate repoſtâ,
Unâ tot vetuit morte perire Deos.

In Eumdem.

THERESÆ Lachesis dum fila secare minatur,
Rixatur magnâ seditione Polus.
Ipsa suas propere sedes Astræa reliquit,
Debetur nostris sedibus Austriadum
Mater ait; se clamat equos permittere Phœbus,
Et duodena parat crinibus astra Tuis;
Accelerat qui tardus erat sua plaustra Bootes,
Teque sub arctoâ sistere sede cupit.
Insolito resonat Cœli plaga tota tumultu,
THERESAM DOMINAM sidera quæq; volunt;
Jupiter exclamat, quid vos properatis? Olympi,
Quæ citò promeruit sidera, serò petat.

De Eodem.

SCivit ut Austriacam morbo decumbere MATREM,
Lucem illam sæcli deliciumque sui.
Ingemuit toto Danubius actus ab antro;
Et Tagus attratum condidit amne caput;
Flevit mœstus Arar, mœstæ flevere Pyrenes,
Et lacrymis tepuit Belgica terra suis;
Ipse manu vitream dejecit Tyberis urnam,
Ipse sibi virides proscidit ungue genas.
Flet Regio dispar, tamen est par fletus ubique
Nam timet eripier Natio quæque Deam.

De Eodem.

AD

DIVAM MARIAM THERESIAM.

Cum premeret Te dira lues, si forte requiris,
Quæ fuerit facies urbis, & Austriadum?
Plurimus hibernas regnabat turbo per auras,
Atraque pollutos merserat umbra dies;
Verum ubi tam diri posuit vis irrita morbi,
Ver simul, & Titan protinus emicuit.
Fæda licet tristi tempestas fugerit orbe;
Tristior ex omni pectore cessit hyems.

Ad Eamdem.

Vitæ nulla Tuæ pars non impenditur orbi,
Quin magno morbus non caret ipse bono;
Dispulit elapsa hinc quidquid contraxerat ætas
Ventura in toto quo foret asse nova.
Non tamen inde putes causas cessisse rogandi,
Et precibus nullum jam superesse locum.
Scire cupis quid restet adhuc? iterumque, diuque
Quod facis, ut facias, publica vota, petunt.



Ad

Ad Viennam.

De Morbo

DIVÆ MARIÆ THERESIÆ,

Qui erit ad Sanitatem.

POne metus, constant vires, artusque MARIÆ,
Et poterunt mentis pondera ferre diù.
Non fuit aff ctæ indicium, versæque salutis;
Sed perlustrati corporis ille labor.

Ad Eamdem Viennam.

COElicolis placuit nostros tentare timores,
Quo sua nos constet munera nosse probe.
Quanti es Vienna Polo? permittunt Numina quando
Spes nutare tuas, pulchrius ut relevent.

De Eodem Morbo.

COrruimus cuncti nuper dum corruit Una,
Inque Unâ est cunctis mox reparata salus.

De Eodem.

PAllida mors frustra tentas rapuisse THERESAM;
Non potes, orantem nî rapis & Populum.

De

De
DIVA MARIA THERESIA.
TUMULUM SIBI EXCITANTE IN TEMPLO CAPUCINORUM.

DISTICHON.

NI ſibi det, tumulo careat THERESA neceſſe eſt
Poſſe mori quis Hanc non putet eſſe nefas?

De Eodem Morbo.

IMproba dum labes THERESÆ concutit artus,
Imaque lethalis ſomnus in oſſa meat,
Jrato ferit ungue genas mœſtiſſima Plebes,
Diſcindit Procerum mœſta Caterva ſinus;
Agmen Natorum crudelia ſidera clamat,
Atque una trepidat præcipitare diem.
Sed dilectam animam properavit Numen amicum
Pronaque tot votis reſtituiſſe ſalus.
Auſtriacis ſic lucis amor redit omnibus, unum
Servatum ſervat ſic caput omne caput.

De Eodem.

EFfera dum febris THERESÆ poſſidet artus,
Uſtaque lethali permeat oſſa gelu;
Archiducum flet mœſta cohors, Populique, Patrumque
Turba ſubirato diſſipat ungue genas.

Ex

Explorata ſalus rediit, vix cura quievit,
    Et trepidant mixto gaudia noſtra metu;
Triſtia vix triſti ſolvuntur corda dolore,
    Cumque ſuo noſtrum vulnere vulnus abit.
Quot vivâ Te vita manet, quot funera functâ!
    Una dies cunctos perdidit, una dedit.

JOSEPHO II.

ROMANORUM IMPERATORI.

CUM RELICTA VINDOBONA ROMAM PROFICISCI PARARET.

PROPEMPTICON.

PUlcher Atlantiades, dubios cui credita ſors eſt
    Obſervare aditus, & reſerare vias,
Nunc faciles inſterne precor, virgâque potenti
    Deformare veta nubila nigra diem:
En Decus eximium Auſtriadum, & Dis æqua Propago
    Maxima cura hominum, maxima cura Deûm
Tendit in Italiam, ſecedite nubila cœlo,
    Tu glaciale caput protinus aufer Hyems,
Abde pruinoſasque comas; Metator Olympi
    Tu Sol nunc roſeis ſterne ſolum radiis,
Perpetuum & placitis efflate hinnitibus ignem
    Æthon, & Eous, Pyrois, atque Phlegon:

Quique

Quique procelloſo ventorum præſidet antro,
Diſcordeſque animas qui premit Hypotades
Ventorum furias, debacchanteſque procellas
Obice montaho compedibuſque domet;
Sit ſoli Zephyro ſudi data copia cæli,
Solus iter quatiat, præpetibuſque ſuper
Arva volet pennis, & voce ſalutet Euntem,
Auſoniam Auguſto dum pede tangat humum.
At vos pernici venientem accedite plantâ
JOSEPHUM, o Panes Numina capripedes
Hinc atque hinc denſentur Oreades; illa patentes
Sedula veſtiget plana per uſque vias,
Hæc ſervet cæcas ſtagnante voragine fauces
Exploret foſſas altera, Pars ſcopulos
Indaget, collis nimium qua lubricus horret,
Et fallit clivo deficiente viâ;
Pars nudum properet devexa per ardua callem
Perverrens rupes ocyor aerias;
Ilicet amoveant cuneis certantibus omnes
Ramorumque moras, falceque limitem agant
Porrectum late; ne nix contriſtet Euntem
Pars moles altis erigat aggeribus:
Nec mora Faunorum poſitâ formidine agatur
Circum hilaris levium cætus Hamadryadum;
Et vos humentes fluviorum Numina Nymphæ,
Leniter haud ſtreperos, o, cohibete lacus;
Hybernique amnes, & ſiqua licentius errant
Flumina deſidant, ripaque frænet aquas

Tran

Tranquillo contenta vado, fluviique silentes
JOSEPHUM, obliti currere, suspiciant,
Accipiantque sinu venientem, ac mollibus undis
Incolumem mittant limina ad alta Petri.
Tu Fama adventûs monitrix, & Nuncia tanti
Carpe viam, orasque adlabere Romuleas,
Æternamque urbem certis rumoribus imple,
Adventare, Istri quem venerantur aquæ
TERESA PROGNATUM, olim qui fortibus armis
Gesta atavûm vincet, qui PATRE major erit,
Qui sua præferri quamquam haud volet acta Paternis,
Præferet invitum libera Fama tamen.
Quare age Tibri Pater, limoso qui pede curris,
Syllanis & adhuc cædibus usque rubes,
Excipe pacato venientem argenteus alvêo,
JOSEPHI Nomen nec Tyberine tremas;
Vivere tam miti sub Cæsare Brutus amasset,
Olli servisset vel tuus Jlle Cato;
Alter erit Titus Jlle Tibi, splendore remoto
Non Regem, civem se geret Jlle Tuum.
Urbs quali plausuque virûm fremituque resultat
Adventus Tanti Principis impatiens!
Fallax o quoties rumor deludet amantem!
Omni horâ ut Cæsar creditur adveniens!
At cum Romuleas felix intraverit arces,
O quantus convexa ibit ad astra fragor!
Quæ tunc Flaminiam stipabunt millia vulgi!
Effundent plenis se cuneata viis;

Hinc coram volitent Primores agmine denſo,
Et lateri Hiſpanis agglomerentur equis;
Unda ſalutantum circum tum rurſus inundet,
Turribus in ſummis Gens male firma ſenum
Conſidat, Nuruum Manus, atque Examina matrum
Oblitæ ſobolem tunc ſine lege ruant.
Unum ſuſpicient, iterumque iterumque reſument
Unum oculis, poterunt nec ſatiare oculos.
Jpſe tuos JOSEPH rerum Pulcherrime cives
Spectabis nudo vertice Romulidas
Aurato vectus curru per ſtrata viarum,
Diffundetque animos omnibus illa dies.
Qualis, ubi vaſtas mundi volvebat habenas
Roma vetus, Regni ſive Caledonii
Littora pacarat, captivaque flumina Rheni,
Arctoosque amnes, Sarmaticosque lacus,
Sive parum Latii patientem Pontis Araxem
Poſt currum & totam traxerat Armeniam,
Ingentis Conſul Capitoli Templa ſubibat
Quattuor in niveis conſpiciendus equis.

Ad Eumdem ROMANUM JMPERATOREM CUM JNCOGNITUS Romam adventare decreviſſet.

AT Tu mortalem quamvis indute figuram,
Qui modicas Latiâ ducis in urbe moras,

No-

Noſceris, Auſtriadum JOSEPH ſate ſanguine Divûm ;
    Quam bene quod Latia eſt orbis in urbe decus !
Te prodit vocisque ſonus, Te greſſus euntis
    Plenus & Auguſto lumine frontis honos ;
JOSEPHUM ſeptem Colles, fontesque loquuntur,
    JOSEPHUM Tibris geſtit & ipſe loqui ;
Te ſonat Arcadiæ Muſis operata Juventus,
    Nec ſilet inceptæ conſcia Fama viæ.
Hei quid Jo Pæan, quid jo ter dicere Pæan,
    Publica lætitiæ quid dare ſigna vetas ?
Noſceris o JOSEPH, mortales inter ut olim
    Agnita non dubiis Numina celſa notis.
Ipſa genas fruſtra ferrugine Cinthia tingit
    Jrritaque obtexunt nubila Solis equos.

Ad Eumdem.

NE ſperes , JOSEPHE regi ſplendore remoto,
    Inceſſu ſolo Cæſar ubique pates.



JN
MARIAM JOSEPHAM
DIVÆ THERESIÆ FILIAM
FERDINANDO IV. SICILIARUM REGI
DESPONSAM

LACRYMÆ.

UNde repente novum Tellus dedit Auſtria planctum?
Unde repente novas ſolvitur in lacrymas?
Gurgite quid toto cum squammifero Comitatu
Jſter agit ſe ſe, cæruleâque caput
Quid velat chlamyde, & damnato clauditur antro,
Rauca ſonans, undâ queſtum ululante ciens?
Jpſæ etiam ſylvæ motant capita icta dolore,
Montibus auditur flebilis atque fragor.
Mœſtitiæ agnoſco cauſam; moriente JOSEPHA,
Auſtria it in gemitus. Auſtria it in lacrymas;
Undique pro ludis, riſu, feſtisque choreis
Feralis requies, vox queribunda ſonat.
Geſtatur Pheretrum, facibus comburitur Æther,
Pompa præit tantas Inferias peragens:
Quisque madet fletu, & pullo ſqualleſcit amictu,
Crudelesque Deos, Fata inimica vocat;
Auſtriacæ mœrent Aquilæ, mœſtiſſimus Auſter,
Et Boreas Dominam flet, revocatque ſuam.
Nec minor Jtaliam dolor occupat; aggemit altum,
Et fuſo pulchras irrigat imbre genas.

Par-

Parthenope imprimis ſingultibus aſtra laceſſit,
Motura & duras verba jacit ſilices;
Me me evertit atrox funus, me me obruit inquit,
Heu miſeræ nimium Numina ſæva mihi!
Tecum deliciæ, luſus, & gaudia Tecum,
Spesque, Joſepha, meæ funditus occiderunt.
Sic me, ſic Magni mœrentia pectora Sponſi
Deſeris æternum? & fœdera Conjugii
Rumpens Fernandi Te Te complexibus aufers?
Sic fugis alma Tuæ littora Parthenopes?
Unde Joſepha, Tibi fata immatura timerem,
Cum Tibi ver ætas florida vix ageret.
Neſcia jamque adeo fati, ſortisque malignæ
Longæ haud ceſſabam dinumerare viæ
Tempora, torquebar votis, Arcusque parabam
Interea, & Laudi celſa Theatra Tuæ.
Quænam Te miſeræ primævâ ætate virentem
Invidit miſeræ ſors truculenta mihi?
Tu Regni fortuna mei, tetigiſſe videbar
Quâ Cœlum, atque Urbes me ſuper ire alias.
Siccine præripieris mihi nil crudele timenti,
Dumque paras Regi te ſociare meo?
Cœlicolæ duri, quæ vos inſana cupido
Egit noſtram ægro evellere corde animam!
Ah nimium immites, nimiumque in furta parati!
Quam rapitis ſplendor maximus Orbis erat.
Unius in ſpecimen Charitum chorus omnis, & Æther,
Et bona ſors cunctas accumularat opes;

Jun-

Jungebat binas contraria nomina Divas,
Lenis & in rigidâ Pallade Cypris erat.
Haud poterant mentes expleri, atque ora tuendo
Mirificum Genii luxuriantis opus.
Perfida Mors, ausa es tam clarum attingere corpus,
Et tantum obscuras in Decus injicere
Atra manus, spes & nostras submittere busto,
Ausa es spes nostras cædere falce tuâ!
Non te sceptra movent, non te miserabilis angor,
Qui Regem, qui nos implet amaritie!
Impia Mors, quàm me crudeliter externasti,
Fixisti & duris sollicitudinibus!
Ægra animi sic Parthenope; flet cætera circum
Nympharum Vesvi, Pausilipique Cohors.
Pallescit, brevibus crinem & demergit in undis
Sebethus streperis cinctus arundinibus;
Ipsæ & pallentes incomptis crinibus ulvas
Ponunt, & choreas Naiades, & numeros.
Josepham heu resonant ripæ undique, & undique cannæ,
Josepham salices, & nemora ingeminant:
Plorat ager, plorant colles, & Busta Maronis,
Et Mergellinis Umbra sub arboribus.
Ah potuit Lachesis molles non ducere fusos!
Et tam præsentis rumpere fila Coli!
Improba Mors, tu æquâ vulgo teris omnia falce,
Improba. jam credam Numina & ipsa mori.
Parcarum invidiæ poterat satis esse litatum,
Damna hominum Parcas si tamen ulla movent,

Ma-

Mariæ interitu Bavaræ, quam non ita pridem
    Ah nimium properis flevimus exequiis!
Jungitur ecce tamen functæ Josepha Mariæ,
    Proh dolor! hicque annus funus habet geminum!
Vix clausum marmor, vix olli reddita justa,
    Liquerat accensam vix sua flamma pyram,
Altera cum curanda tibi, Josepha, fuerunt
    Funera, & indignis ossa cremanda rogis.
Quò nunc forma abiit? roseo quò candor in ore,
    Æmula quò claris lumina sideribus!
Heu! ubi puberibus Probitas maturior annis,
    Et castigati Regia vis animi!
Heu! ubi frons Solio, frons nunquam elata superbo!
    Semperque alba Fides, purpureusque Pudor!
Heu! ubi siderei mores! proh Numina sancta!
    Liventes Parcæ ergo omnia surpuerunt,
Nec reliquum Nobis jam quicquam præter acerbos,
    Et mutos cineres, quos brevis urna capit.
Ergo nigras, Josepha, faces Tibi fata pararunt,
    Funebrisque Thorus, non Genialis erit.
Pro risu lacrymæ, pro myrti fronde cupressus,
    Pro Fescenninis Nœnia lætitiis!
Quæ dictura fuit festivum tibia carmen,
    Luctificas dicet flebilis exequias!
Frustra ergo Tibi Parthenopes diadema parabant
    Confessæ Dominam Nereides Famulæ;
Frustra Hymen fulsere faces, & conscius Æther
    Omina Borbonii fausta dabat thalami.

Italiæ

Italiæ heu raperis ! nimium Diis viſa fuiſſet
Fortunata, olli ſi tua jura dares.
Non Tibi regnaſſes, Italûm fortuna fuiſſes,
Connubioque inerant publica Vota Tuo.
Tecum præclarè tamen actum hac ſorte fatemur,
Cui domus eſt Cœlum, cui cibus ambroſia eſt ;
Æthereos inter quæ nunc lætiſſima Cœtus
Ludis, cœleſti & conjuge perfrueris :
Nec Natam a Genitore locus ſejungit, eodem
Compoſitos Solio magnus Olympus habet.
O lux Auſtriadum lux facta recentior alti
Ætheris, orbatum o reſpice Borbonium,
Qui luctus inter, gemitus, ſuſpiriaque inter
Pallidulis ducit vix animam e labiis,
Et queritur, qualis frondoſis Turtur in umbris
Acriter amiſſæ fata gemens ſociæ.
Tu tamen æthereas adſis delapſa per auras,
Tu nigra ſollicito nubila pelle animo ;
Tu lacrymas deterge manu, frontemque ſerena,
SPONSA ERIT atque Olli dic CAROLINA Soror.



DU-

DUCI

S. ELISABETTÆ

AD AULAM CÆSAREAM FERDINANDI V. LEGATO.

OFfero Tibi, Excellentissime Legate, de Nuptiis Serenissimi Regis Tui FERDINANDI V. exultantis impetu lætitiæ carmen inter publicas applaudentis undique Europæ gratulationes effusum. Officium enim Bonis potius meum, quam Peritis ingenium probare simpliciter gestienti, morosa illa omnis, & anxia ad superstitionem usque sui calumniatrix supervacua plane visa est diligentia. Ut quo laudis minus apud severos Censores, eo plus veniæ, hoc quidquid est, quod à me nunc proficiscitur, sit meriturum apud æquos rerum Æstimatores, qui certe scio non improbabunt, quod rejectâ sæpius bissyllaborum ratione dicam, an monotoniâ ? usus sim trissyllabis, quadrisyllabisque. Excutiant illi bissylaborum Patroni quidquid est Græcorum Poetarum. Evolvant Theognidem, Callimachum, Simonidem, Solonem, Mimnermum apud Græcos, Catullum, Propertium apud Latinos ; bissyllaba studio, & de industriâ sæpe neglexisse intelligent : meminerint versiculi illius Horatiani

Ridetur, chordâ qui semper oberrat eâdem.

Et quemadmodum Martialis de Fœminarum munditie, & nimio ungventorum ſtudio ſcripſit

Fæmina non bene olet, quæ bene ſemper olet.

Ita nos de fluidâ Ovidianorum venâ non inepte poterimus pronunciare

Non bene vena fluit, quæ bene ubique fluit.

Etenim ut elegantia mulierum non in perpetuo cultu, ſed modico pulchritudinis apparatu conſiſtit; ita verus Elegiarum decor, & venuſtas propria non ex ornatu nimio, pedumque æquabilitate, ſed aptâ rerum, verborum, numerorum inter ſe legitime diſpoſitorum concinnitate pendet. Videmus in tabellis pictis hoc nobis accidere, ut ſi diu pulchram quamdam imaginem fixis oculis intueamur, obſordeſcat illa viſui noſtro, & afficiat oculos dolore tandem vehementiore, quàm oblectavit prius voluptate. Idem nonne eveniat in animo? quem ſi diu in unius rei nullâ varietate diſtinctæ ſemper, & ubique ſibi ipſi ſimilis contemplatione detineas, an cenſes illum delectari magis, quam cruciari, aut ſi non crucietur, ullam tamen inde percipere voluptatem? nihil equidem minus. Videmus proinde Pictores non elegantes ſemper, & venuſtas imagines, neque colore ſemper uno depingere, ſed apponere etiam aliquando exeſas rupes, diruta palatia, columnas dimidiatas, nutantia faſtigia, pyramides truncas, & alia tum operæ levioris, tum minoris artis, tum formæ etiam, ut ita dicam, impolitioris. Ad iſtum modum in Elegiis, non unus ſemper rei color, non una rei facies ſemper oculis Lectorum debet objici, ſed aliquando for-

formosam decet, aliquando minus formosam imaginem ostentare; ut Oratio sit modo mollis, modo, ut res ipsa feret, aspera ; ut numeri interdum leniter ac placide fluant, interdum ubi opus sit rapido cursu intorqueantur , ut modo quasi obhærescant, modo in orbem circumagantur, ut modo celerius, modo tardiusque decurrant. Quid plura ? imitatus sum Catullum, quem Ovidius Virgilianæ majestati non veritus est opponere, quem unum Martialis sibi audacter præponi voluit, cum inquit ad Marcum

Nec multos mihi præferas Poetas,
Uno sed tibi sim minor Catullo.

Redeo ad meum Carmen. Non dubito fore quam plurimos, qui longe politiora, atque elaboratiora his nostris proferant in tanto, quibus ætas ista abundat Ingeniorum excellentium proventu. Sed neque statim pessima sunt, quæ sunt deteriora melioribus ; & ea omnium jamdiu de præstanti doctrinâ Tuâ, & multarum, maximarumque rerum comprehensâ cognitione percrebuit opinio, ut quod huic libello vel artis deest, vel elegantiæ, ei cumulate sit a Tuæ prerogativâ commendationis accessurum. Cujus enim cum in rebus summis omnibus, quas egregiè tractasti innumeras, tum in reconditis, interioribusque, quibus unicè a puero deditus fuisti, litteris, judicium imprimis acerrimum admiratione hominum celebratur, illi nisi perfectum, omnique ex parte absolutum probari posse nihil, facile sibi unusquisque persuadet. Tibi vero, Excellentissime LEGATE qualecumque tandem istud est vel industriæ, vel observan-

tiæ ſpecimen meæ probari poſſe ut confidam, ſingularis facit illa Tua Humanitas, quâ nonnulla mea carmina de incomparabili illa ſæculi noſtri Heroinâ MARIA THERESIA ſuperiori anno, quæ Tibi recitavi, ita complexus es, ut vel unum hunc laboris mei fructum cepiſſe mihi videar uberrimum. Quantum enim eſt, ejus vel meruiſſe, vel utcumque abſtuliſſe judicium Viri, quem Politices non tantum, ſed Eloquentiæ cæterarum artium Reginæ arbitrum Eruditi omnes ſuſpiciunt! Uni Tibi ſi placuerim, Excellentiſſime LEGATE, reliquos nihil moror. Nec dubito quin vel argumento ipſo placiturum ſit opuſculum, quod ego nunc ad Te affero non ingenii, quod perquàm exiguum eſſe ſentio, monumentum, ſed obſervantiæ erga Te meæ, quam perpetuam eſſe cupio, qualecumque Teſtimonium. Quod ut boni conſulas, Te Excellentiſſime LEGATE, etiam atque etiam rogo. Bene vale. &c.



FERDI-

FERDINANDO V.

NEAPOLIS ac SICILIÆ REGI

DEDICATORIA.

HUmani generis intereſt Principibus Tui ſimilibus, ideſt optimis, liberos adnaſci, & accreſcere quamplurimos. Cum itaque natura ita comparatum ſit ut Fortes, quod ait Venuſinus, creentur fortibus, nec imbelles feroces progenerent Aquilæ columbas, nunquam illi ſane melius de populis, quibus præſunt, merentur, quam cum ſobolis propagandæ cogitationem ſuſcipiunt non inanem, & curam. Id enim laudabilis voti, cum ſucceſſit, eventu conſequuntur, ut Regno in futurum itidem conſulant; fiatque eorum adminiſtratio non præſentis tantum ætatis publica, quod ipſum per ſe magnum eſt in primis atque optabile, ſed hæreditaria etiam, quod majus longe eſt, atque optabilius poſteritatis venturæ felicitas. Hinc gratulationes, REX optime, & acclamationes frequentes illæ, fauſtæque, quibus Majeſtatis has Tuæ recentes, feliceſque nuptias proſequuntur ſubditi in dies; rati ſcilicet id quod res eſt, qua ratione providere inſtituiſti, ne quis illis olim alius, quam ex Tuis imperet, eadem caviſſe Te inſuper, neq uis in ſucceſſoribus unquam Tuis pietatem, juſtitiam, fortitudinem, clementiam, liberalitatem, cæteraſque, qui bus excellis, virtutes deſideret. Quarum etſi fructus

omnis

omnis ad ſubditos Tuos pertineat, atque utilitas: vix eſt tamen ut in earum amore ab illis & admiratione cæteri Jtali vincantur. Hujus ut rei monumentum qualecunque extaret publicum cum venerationis meæ ſingulari teſtimonio conjunctum, faciendum mihi putavi, ut quod ſubito lætitiæ calore, & præcipiti impetu effudi in lucem carmen emitterem. Malum illud fateor, & quale ei neceſſe erat excidere, qui in fœda hac, quæ Poloniæ Regnum vexat tempeſtate Nuntium agit Apoſtolicum. Dicam cum Exule Ovidio.

- - - - *Scripta mihi ſunt carmina, qualia cernis,*
Digna ſui Domini tempore, digna loco.

At non tam ingenii quam ſtudii ſpecimen hic aliquod exhibere ſimpliciter geſtienti, non operoſe admodum, atque anxie laborandum fuit, ne in delicata legentium faſtidia incurrens, boni, quod nec mereor, nec ambio Poetæ nomen amitterem; Sed quod & arti commendationis, & artifici deeſt induſtriæ id utrique quantumcumque eſt, totum, & à materiæ dignitate, & a Majeſtatis humanitate Tuæ facile acceſſurum ſpero. Quod ſupereſt Deum Opt. Max. precor, quæſoque ut matrimonium Tuum Libelli hujuſce argumentum mei fortunet. A Te vero, REX optime, ut externi, Jtalique iſtum auctoris fætum ea, quæ Borboniæ Familiæ innata eſt, erga advenas benevolentia, & facilitate ſuſcipias, enixe etiam, atque etiam contendo.



HY-

HYMENÆUS REGIUS.
SIVE
DE FERDINANDI V.
NEAPOLIS ET SICILIÆ REGIS,
ET CAROLINÆ ARCHIDUC. AUSTRIÆ &c.
NUPTIIS.

EPITHALAMIUM.

FElices Natam ad ripas ſeptemplicis Jſtri
Natus in Aprico Parthenopes gremio
Ardet amans, totoque ambit diademate Nympham
Qui regit Euboicos Trinacrioſque ſinus:
Et merito; nec enim redeat ſi lucis in auras
Olli de formâ coporis egregiâ
Contendat, bello quæ olim repetita decenni
Sontibus iratos Grajugenas Phrygibus
Commiſit, Graiis nec diu jactata Camænis
Fabula, ſpumoſo Cypria nata mari,
Junoni licet illa, licet prælata Minervæ,
Abſtulerit pomum Judice ſub Paride.
Quis vero egregiæ natæque ad grandia mentis
Non miretur opes! ſuada profuſa labris
Flexanimis roſeis mulcet ſermonibus aures,
Nativique fluunt melleo ab ore ſales,

Quos Venus, & triplex certatim Gratia laudet,
Adſcribantque ſuis; dotibus his comites
Seſe addunt ſeris exempla nepotibus olim
Virtutes, veri conſcia Relligio,
Et Pudor, illæſique Fides ſoror alma Pudoris,
Uſque hærens ſanctis & Pietas monitis,
Et faciles niveoque exacti pumice mores,
Et cor non tactis candidius nivibus,
Rectum animi & ſervans. Honor undique ſurgit avitis
Nec minor a ſceptris o CAROLINA Tibi,
Stemmata cui longis declarat fulta Trophæis
Antiquæ ſtirpis proxima origo Deis,
Jlluſtres animas, grandi Lotharingia partu
Quas tulit, hinc jactans, magnanimosque Duces,
Quos bello quæſitus honos, & gloria terris
Didita veraci tradidit Hiſtoriæ,
Auſtriacas illinc bellatricesque volucres,
Signata & faſtis nomina Cæſareis.
THERESAMQUE decus Matrum, Lucem Auguſtarum
AUSTRIADUM, Latii Præſide quâ Jmperii
Humano generi, Superi, faviſtis abunde,
JOSEPHUM & cujus corpore in egregio
Præſcia venturæ laudis natura paravit
Dignum animo Regnatore domicilium,
Exhauſiſſe ſuas vires voluitque videri,
Dum ſormare parem nititur Jmperio:
Hinc juſtas traxit cauſas FERNANDUS amandi,
Abſenteſque ignes auribus ille bibit;

Ex

Ex illo totis late concepta medullis
Pulchra ſub inſeſſo Pectore flamma furit.
Nec cupido requies animo, ſeu dura fatiget
Ora ferocis equi, ſeu nemora alta cane;
Unam illam veniente die, venienteque nocte
Unam illam flammæ conſcius egregiæ
Suſpirat; ſic æternâ qui lampade Mundum
Luſtrat, Dianæ deperiit comitem
Penei gnatam, ſeu matutinus Eoas
Linqueret, aut undas ſerus in Heſperias
Jret, quærebat ſylvis, & montibus illam
Omnibus, inventamque Æthere ab ignivomo
Admirans ſpectabat, & omni debita terræ
Unius in vultu lumina Solis erant.
Sed nimium lentas votis properantibus horas
Impatiens FERNANS increpat; ecce ſinu
THERESÆ avulſam magnæ, amplexuque ſuorum
Accinctamque viæ, atque oſcla ſuprema ſuæ
Libantem Patriæ; Nuptam levis axe voluto
Impoſitam, latos qua via pandit agros,
Currus agit Sponſoque vehit, ſtat nubibus aër
Et luctum mærens veſte ſuum piceâ
Teſtatur crebro & tonitru; confinis euntem
Turbato illacrymat gurgite Danubius;
Nec minus ipſa ſuis digreſſam mœnibus Aulæ
Cæſareæ Sedes, & caput Jmperii
Proſequitur lacrymis, totoque requirit ademptam
Murmure necquicquam. Littore ſic patrio

Fallaci abductam Tauro per cærula Ponti
Sidonis ora ſuam flebat Agenorida,
Lumina nequicquam jactantem & brachia retrò,
Et fruſtra madidis reſpicientem oculis
Dilectas comites, fruſtra quæ in littore ſummo
Inſolabilibus omnia lacrymulis
Miſcebant miſeræ. Fines emenſa Paternos
Pene omnem jam transmiſerat Italiam
Optatam VIRGO properans contingere metam
Atque Maritalem viſere Parthenopem.
Quo fert cumque gradum, pompa ſolemnis ovanti
Adventum celebrat Natio quæque ſuum,
Et fauſtas de more vias exoptat ituræ
Ulterius, facilesque in ſua vota Deos.
Interea longo perfuncta labore viarum
Siſtitur optatis denique limitibus
Incolumis, non bruma gelu, non imbribus atris
Læſerat Atlantis Filia triſtis Hyas.
Et jam finitimas volitans hinc inde per oras
Centeno populis nuntiat ore loquax
Fama novam Sponſam veniſſe; ut ſingula narrat
REGINÆ. Primo limite Parthenope
Occurrit, ſequitur præeuntem excita Sororum
Cum plauſu hinc illinc, cum fremituque Cohors.
In ſaltus porrecta CALABRIA, APRUTIA montes
Extenſa, & terris fertilis uberibus
Commoda multiplici & portu CAMPANIA: dives
APPULIA armentis, atque ferax oleis

Quæ-

Quæque tribus linguis vaſtum procurrit in Æquor
TRINACRIS a poſitû nomen adepta ſuo.
Parthenopæa ferens conſortis publica gentis
Vota iſtos facili protulit ore ſonos.
O Patriæ Laus ante tuæ, nunc aurea Regno
Exorta, & Genti lux CAROLINA meæ,
BORBONIOS ſerie thalamos auctura perenni
Natorum, ſalve o Regia Nympha; Tibi
Quam pede nunc ingreſſa ſubis, ſe vertice prono
Submittit famulam qua plaga cumque patet,
Obſequium & ſpondet nullis mutabile ſortis
Vel dubiæ, incertis temporis aut vicibus.
Urbs Te noſtra manet nulli virtute ſecunda
Poſthabita Cypro quam colit alma Venus,
Doctaque poſt verſas Pallas conſedit Athenas;
Regali hic luxu fulgida conſpicies
Atria, marmoreas immania ſaxa columnas
Conſpicuos poſtes tectaque digna Deâ,
Conſpicies arces extenſaque brachia portus,
Et ductum montis per cava Pauſilypi
Cœcum iter, everſas Pompeii, atque Herculis Urbes,
Et montem ignitos qui vomit ore globos,
Fragminaque accenſi liquefacto ſulphure ſaxi
Qui rotat, haud cedens ignibus, Æthna, tuis.
Tum geminam Capuam feliceſque ubere glebas;
Bajarum medicos Ænariæque lacus
Parte aliâ, & Prochytam, & Baulos, & priſca Dicarchi
Mænia, Miſenum, Cimmerioſque ſinus,

Cocytique amnem, ſtrepitumque Acherontis avari,
Et veteres Cumas, antraque Fatidica,
Sincerique ſacros Cineres, qui nempe Maroni
Proximus ut Muſâ, proximus & tumulo eſt.
Heic Tibi digna aderunt toto ſpectacula mundo,
Et quidquid blandæ MUSICA vocis habet,
Adde tot ingenuos animos, generoſaque Plebis
Corpora, florentes Marte Togâque viros;
Denique conſpicies multis in millibus Unum,
Cujus candidulo Tu potiere ſinu.
Rumpe moras, CAROLINA, omnes, FERNandus amatā
Te ſibi perpetuo fædere poſcit Heram,
Sola places; Tu ſola Tuæ poſt fata Sororis
Jnflêxti ſenſus, ſubripuiſti animum.
O quoties deturbantem de culmine quercus
Jgniferæ glandis verbere gentem avium;
Nec vacuo ſterilive manus defungitur ictu,
O quoties vel apro retia vel lepori
Ponentem gelidis ſuſpiravere ſub antris
JLLUM necquicquam Najades, & Dryades,
Miratæ crines, miratæ oculosque genasque;
Auſa aliqua eſt etiam talibus alloquier,
O felix, inquit, felix quæ prima Maritum
Te faciet VIRGO! quantus in ore decor!
Gratia quæ fronti! qui crinis colla flagellat!
Dilectus Veneri talis Adonis erat,
Talis qui propriæ deceptus imagine formæ
Ipſe ſuis periit luſus imaginibus;

Sic

Sic ajt; addit amor plauſus, & ſpes ſibi fingit;
At rapido FERNANS avia luſtrat equo
Averſus, vultusque fugâ ſubducit amatos,
Olli ſola etenim TU CAROLINA places,
Adſcivit ſibi quam comitem ſceptrique, thorique,
Sola olli Tu fax, ſola perennis amor.
Ergo age progredere, & thalamo decumbe ſuperbo
JLLIUS, ingentes qui meritis titulos
Exæquat, longeque ſuo diademate major
Noſter amat PRINCEPS dicier atque PATER.
Finierat; cantu ſociæ fremituque ſecutæ
Dicta, leves nexis mutua per manibus
In gyrum patrio ritu duxere choreas;
It ſtrepitus campo, clamor & aſtra ferit,
Reſponſant ſylvæ, reſponſant undique ripæ,
Vox percuſſa cavis emicat in ſpecubus:
Jamque ſuos VIRGO tunc lætior inter honores
Ibat, & arva ſecans deproperabat iter.
Quod reſtabat adhuc, Dominamque intraverat Urbem,
Urbem cui totis fluctibus uſque Thetys
Invectat, quidquid vel fert Natura per orbem
Vel facit ars. Lituos inter, & innocua
Tormenta effuſo teſtatur gaudia vultu
Gentis amor, Juvenes, Decrepitique ſenes,
Et Matres longævæ & ſplendida turba puellæ
Aut plaudunt choreas, lætave metra canunt;
Solvit in effuſos ſe feſta licentia plauſus,
Vix & ſe ipſa capit; Urbs populoſa coit,

In-

Infremit & ſtrepitu vario, dum læta paratus
Explicat ingentes; inſtat ubique labor
Fervidus extollens moles, arcusque triumphis
Illuſtres; qualis tempora ſub tepidi
Veris verſat apes, cellis cum parva relictis
Campo it Gens, alas explicat & Zephyris,
Denſantur ſtreperoque ſibi ſe murmure miſcent,
Et complent bombis aera rauciſonis,
Omnis ſic ſtudiis certat concordibus ordo
In commune decus; credit & eſſe nefas
Omnis honos, omnisque gradus, gravitate ſeverâ
Infuſcare diem, frænave lætitiæ
Ponere, quisque ſuos cenſus in publica confert
Gaudia, totum annum prodigit una dies.
Optatus veſper, nodumque daturus amanti
FERNANDO Zonæ ſolvere Virgineæ
Jam nitidum patrii vultum de gurgite ponti
Extulerat, primas ſpargere jamque manu
Pronuba nox ſtellas incæperat; haud mora menſis
Regales ineunt diſpoſitis epulas,
Et nuptam certatim omnes per pocla ſalutant
Mutua Reginam, Parthenopesque Deam:
At medias inter, velut olim Tantalus, undas
FERNANDUS, morſu fercula Rex modico
Delibans; pulchræ jejunum paſcit amorem
Virginis obtutu, mox propiore ſibi
Fomite, creſcentem totis bibit oſſibus ignem;
Admoti tactu ſulphuris haud aliter

Aucta

Aucta nimis ſcintilla rapit confinia primum
Pabula, mox totas urit edax ſilüas;
Miratur roſeæ ſurgentem frontis honorem,
Sidereos oculos; æmula colla nivi;
Ridet amor, plauditque novo gaviſa marito
Cum Junone Venus: nec mora ſenſit Hymen;
Dividuo diſcuſſa ſibi per nubila ſulco
Rupit iter croceâ fulgïdus in chlamyde
Lætior & ſolito; frontem crinesque corona
Cælata Eois aurea Jaſpidibus
Cingit, & adverſæ lunæ micat æmula; ſceptrum
Læva gerit; pendent intemerata thori
Vincla; quibus primæ quondam pugnacia molis
Semina conſtrinxit; dextra facem alta quatit,
Quâ pontus circum reſplenduit omnis, & omnis
Jntumuit circum terra tepore novo;
Dum venit, ingenti ſtipant Jllum undique cætu
Ante ſibi raro fædere conſocii,
Sede moraturi nunc convenienter in unâ
MAIESTAS & AMOR. POMPA, nihilq; trahens
Corrupta vulgi inſulſi de fœce voluptas,
Compoſiti riſus, & ſine felle joci
Et ſociis mixti cantus, plauſusque choreis,
Et pax concordis non temerata thori.
Quod ſupereſt vos o thalami queis cura parandi,
Lilia vos, nimbos ſpargite vos Cilicum,
Spargite; ſic Cælo mandat modo viſus ab alto
Dius Hymen, poſcens debita nempe ſibi

Tempora;ſic properansFERNANDUS gaudia tandē
Gaudia compoſito carpere prima thoro.
O Clodoveæ ſtirpis non degener Hæres,
Nunc age, nunc fato denique plaude Tuo;
Nobile cæleſtis pignus CAROLINA favoris
Suſcipit amplexus en CAROLINA Tuos;
Tu donum metire, quod in unâ conjuge jungit
Quo paſcas oculos, quoque ſubinde animum
Oppreſſum nimiùm magnarum pondere rerum
Attollas, nec enim blandius excutiet
Altera ſollicitæ Tibi tædia longa diei,
Aptior atque aulæ fallere dividias:
Parva loquor; majora dabit prudentia ſexu,
Jngenii & robur, dexteritasque ſagax;
Utere; diverſas inter ſententia cauſas
Cum dubio mentem dividet ancipitem,
Jnterdum bini non parva negotia Regni
Jllius in niveo compoſuiſſe ſinu
Ne pigeat, Te conſilii potis Jlla juvare
Labantem, incertumque auxiliaris ope,
Fortibus & Fortes, ſcis Ferdinande, creari;
Jmbelles nec aves PROGENERANT Aquilæ.
Jte igitur JUVENES, ite & natalibus AMBO,
AMBO ætate pares, moribus AMBO pares,
Jte igitur JUVENES paribus concurrite votis,
Carpentesque ſacri gaudia prima thori,
Hanc Veneri libate, & mundo impendite noctem:
Tu nox optatas protrahe lenta moras,

Ut Te olim perhibent Patri ſerviſſe benigne
Juppiter Alcmenæ cum fuit in gremio,
Scilicet haud poterat tantâ puer indole naſci
Ni data ſeminio tempora juſta forent.
Sic FERNANDE Tibi properat ſe condere Phœbus,
Longior & ſolito nox vigilanda venit.
Ergo agite o fauſto conjuncti ſidere amantes,
Pronuba quos ſtabili fœdere Juno ligat,
Unanimi auſpicio ſpatium decurrite amoris,
Plenaque felici pandite vela thoro;
FERNANDUS vobis & magnâ parvulus aulâ
Ludat, & ingentes æquet honore Atavos;
Et maria ac terras famâ arduus impleat omnes,
Quas obit exoriens occiduusque dies,
Cujus ad occurſum jam nunc Marrana tremiſcunt
Regna, pavorque ipſos ad Garamantas abit.
Thrax Dominus, gentesque timent ventura ſuperbæ,
Submittuntque animos & fera corda domant.
Sic erit; haud vano præcordia concutit æſtro
Lauriger, atque omen rite ſecundat Hymen.

Ad JOACHIMUM PIZZI

ARCADIÆ PROCUSTODEM.

TE mea Parrhaſiæ, Pizzi, lux maxima ſylvæ
Scripta ſilent; Muſis indecor iſta mora eſt.

Debuit unanimi Tibi, devinctique Durini
 Pectus amicitiæ promere signa suæ;
Assiduo sese studiosum promere cantu
 Debuit, & Latiis usque patere modis;
At licet in putri visum est jacuisse veterno
 Unquam non potuit non meminisse tui.
Semper ego magnos Phœbi venerabor alumnos,
 Quos videt e septem collibus Ausonia;
Hos procul hinc absens miror, stupeoque, coloque,
 Et quò non licitum est corpore, mente feror.
Sors inimica mihi, cupidisque obstantia votis
 Fata, meos illic non posuere Lares,
Ne comitem Arcadicæ possem me jungere turbæ,
 Et, quorum scriptis perfruor, ore frui.
Hei mihi! cur sacro tam distat Vistula Tibri!
 Cur mihi dilecto non datur amne vehi!
Non ego purpureis illic versatus in aulis,
 Sectarer fluxas ambitiosus opes,
Non inhians gemmis, auroque, ostroque micanti,
 Marmorea assiduo tecta gradu tererem;
Parnassi sequerer Proceres, quos Brogius illuc
 Convocat in doctum, consociatque Nemus;
Omnibus umbra sequax hærerem, nullaque docti
 Pars mihi non esset conciliata gregis,
Sed potior te nemo mihi, Joachime, nec ullus
 Esset mî ambitus corde magis penito;
Quàm tua tecta frequens interpellator adirem,
 Tempora quàm studiis multa tuis raperem!

Sin-

Sincero hanc veniam donares æquus amori,
Non minus eſt odio ſæpe moleſtus amor;
Non te ſubtraheres dictis mihi durus amaris,
Suſciperet Muſam Muſa diſerta rudem;
Præberent teretes duris ſe vocibus aures,
Et ferrent ſtreperæ carmen inerme lyræ;
Cum tibi celandas gauderem promere nugas,
Pectore nec poſſem ferre diu tacito;
Jndulgens avidi ſtudio morboque Durini,
Tædia carminibus parta meis tegeres;
Nec proferre malo dedignarere Poetæ
Munera, Pierides quæ tribuere Tibi.
Jlla mihi optanti crebro Muſæa paterent,
Jn quibus immenſas Cynthius abdit opes.
Muſa mihi ante oculos ſe offerret Pizzia, digna
Jlla vel æterno carmina Dante ſonat.
Cur latet injuſtis cur non, emiſſa latebris
Ambitam precibus prodiit innumeris?
Jam nunc accenſos nimium fruſtratur amantes,
Dum pudibunda ſuis abditur in laribus:
Jllam ego quàm cupide caras admiſſus in ædes
Aſpicerem, cupido ſuſciperemque ſinu,
Se mea vix avido ſatiarent lumina viſu
Vix ſatis expleret ſe diuturna ſitis:
Hæc opto, meditorque procul, ſed inania fingo
Gaudia vix ullâ percipienda die.
Me hic manicæ pedicæque ligant, ne corpore poſſim
Jllos, quò vaga mens fertur, adire locos.

Non licet admotas nobis conjungere dextras,
    Non licet aſpectu, colloquioque frui;
Parte tamen noſtrûm jungi meliore licebit,
    Mentibus abſentes conſociabit amor;
Non alios alas Deus hic ſibi ſumpſit in uſus,
    Quam face ut accendat corda remota ſuâ;
Abſentum celeri fert vota, refertque volatu
    Jlicet, & longas itque reditque vias;
Nec vereor ne me tibi non conjungere poſſit
    Diſparilem laudi, diſſimilemque Tuæ,
Pro virtute mihi ſtudium eſt virtutis, & ipſe
    Qui totum, Pizzi, me Tibi tradit amor.



ATARDEIS

SIVE IN ATARDUM GRAMMATISTEN.

EPIGRAMMATA.





DEDICATIO
HORUM EPIGRAMMATUM.

HOsce Asinos, Atarde, tibi sacro, dedico, pono,
Queis similes paucos sæcla tulere asinos.
In sylvas lignum dices me mittere, Athenas
Mittere me ululas, poma dare Alcinoo
Jure tuos nemo non dicet; si tamen uti
Exemplis gravibus si mihi nunc liceat,
Mercurio cytharas, Phœbo plectrumque, fidesque
Ponimus, Evanti veniferos calyces;
Falciferæ spicas Cereri, Panique cicutas,
Prima Pali lactis cymbia monticolæ;
Retia Dictinnæ, Zephyriti lilia Floræ,
Marti adamantæam ponimus & tunicam.
Talibus ut vero sacrantur talia Divis,
Isti, Atarde, sacri sic tibi sint Asini.
Quid mi Asine, obrudis? tibi non sum injurius, ipsi
Si te ipsum sacro, dedico, pono tibi.

EPIGRAM-

EPIGRAMMA I.

DIſplicuiſſe meo tibi SIREN in Carmine fertur;
O bene! jam SIREN crede placere mihi.
Crede placere aliis SIREN quoque; nam tibi Atarde,
Diſplicuiſſe, aliis eſt placuiſſe Viris.

II.

Ater, an albus homo ſis, neſcio; ſed ſcio, Atarde,
Te eſſe inſulſorum de grege Grammaticûm.

III.

Expendit rigidâ Atardus mea carmina lance,
Inque meis ſcriptis ingenioſus homo eſt.
Jam tua fac videam, Linguæ mera vappa Latinæ,
Te ut paſtum dicam per Latia arva pecus.

IV.

Grammaticus, Sophus eſt, Mathematicus, atque Poeta,
Non ergo ſemel eſt, ſed quater iſte pecus.

V.

Cenſura inſulſi nil me commovit Atardi;
Si me laudaſſet, læſerat ille magis.

VI.

Carminis artificem noſtri ſe jactat Atardus;
Artificem poſſum hunc dicere Carnificem.

VII.

Chryſauro recitare cave tua carmina Atarde;
Carmina ſi recites, Marſyas alter eris.

VIII.

Stemma Atardi Aſinus tardus.
Conveniunt Dominis ſtemmata ſæpe ſuis.

Stem-

Stemma tuum, Atarde, eſt lente gradientis Aſelli;
A ſibi vult Aſinum, cætera tardigradum.

IX.

Turpiter obrudis, me & calce laceſſere tentas,
Quique aliquid ſcribunt, hos nihil eſſe putas:
Calcibus at cunctos tentas cum tundere Vates,
Ipſe nihil ſcribis, num potes eſſe aliquid?
Invidiam Veteres quondam dixere Caninam,
Aſt ego Aſellinam dixerim, Atarde, tuam.
Nil ego ſum, novi, fateorque libenter, Atarde;
Eſſe aliquid jam te dico; quid ergo? Aſinum.

X.

Centaros veluti appellat matura Vetuſtas
Semibovesque viros, ſemivirosque boves;
Haud aliter Melite merito te appellat, Atarde,
Semiaſinumque virum, ſemivirumque Aſinum.

XI.

Chryſaure, indignas nam cur te concipis iras?
Quæ mens cum vili ludere tardipede?
Non homo, ſed quadrupes ſtudio molitur inani
Obvoluiſſe tuis luminibus nebulas.
Non cadit in pecudes jus, aut injuria brutas
Imbellique negat vulnere Muſa peti.
Pauperiem Atardus potis eſt feciſſe, velut bos,
Aut clitellarum vector iners Aſinus.
Quippe utrumque animal corio latitare ſub uno
Credo ego, & in craſſo corpore nil hominis.

Cornu more bovis geſtat, ſed inerme, ſine ictu,
Utque Aſinus rudit, & calce furit ſtolido.
Ergo age, taurus iners noxæ dedatur, & Aram
Sileni tingat victima ſacra Aſinus.

XII.

Alituum Reginam Aquilam, Regemque animantum
Adpingat ſcuto nobilitate tumens;
Luſciniam nemorum Siren, Cycnumque Poeta,
Tu tibi pro ſcuto tardum habeas aſinum.

XIII.

Haud memini queis Conſulibus Saturniâ in Urbe
Verba canem humano plena dediſſe ſono.
Portentum Domino viſum eſt immane Senatui,
Juſſit & iratos conciliare Deos.
Non modo portentum eſt doctis quod Atarde Poetis
Tardus Aſellinis obſtrepis uſque ſonis.
Conſultum hinc nullum eſt, nulla hinc Decreta Senatus,
Placat & Aonias victima nulla Deas.
Verum Aſine obrudas, quantum ſatis eſſe videtur,
Obrudas, tardam donec agas animam.
Nam quod vulgatum eſt, & paſſim dicitur, Æthram
Obrudens Aſini vox penetrare nequit.

XIV.

Cum falſis, Atarde, notas mea verba ſoloecis,
Me Vatem eſſe facis, te facis eſſe Aſinum.

XV.

Sit tibi cum tardo commune agnomen Aſello,
Miror, cur Lybicus tu velis eſſe Leo.

Quid

Quid tibi cum Lybico est commune, Atarde, Leone?
Non cadit in turpes nobilis ira feras.
Ipse Leonem optes quamvis te fingere, Asellus
Non sinit hoc Genitor, non & Asella Parens.
Ergo & Asellinas retine cum nomine partes;
Nam quidquid facias, non potes esse Leo.

XVI.

Nostra quod insulsâ proscindis carmina linguâ,
Hoc, Atarde, facis concitus invidiâ.
Torva acies, stygio facies pallore gravata
Haud tibi, quæ bona sunt, posse placere sinunt.
Una tamen superest, quâ me, via, carpere possis;
Damnabis merito, si meliora dabis.

XVII.

Ut cum non possis mordere, obrudis, Atarde,
Ruditu ostendas te tamen esse Asinum.

XVIII.

Jactas te naso pollere ut Nasica adunco;
Adde Midæ Regis quod geris auriculas.

XIX.

Non mea convinces maledicti carmina, Atarde,
Te quamvis Asinum mille vices vocitent.
Dicere te esse Asinum non est maledicere, verum
Tam bene quod dici nil melius potuit.

XX.

Semina naturæ patuerunt semper, Atarde,
Fructibus; atque sumus nil nisi quod facimus.

Tempore brumali triſtis ſine nomine truncus
Qui fuit, Autumni tempore nomen habet.
Nota olea eſt oleis, eſt vitis nota racemis,
Nota pyrusque pyris, nota citrusque citris.
Te nihil edentem poſt tot jam luſtra, neceſſe eſt
Te eſſe Aſinum, aut ſi quid turpius eſt Aſino.

XXI.

Quis neget eſſe Aſinum, cum nomen prodat Atardi ?
Naturæ titulus convenit iſte tuæ.

XXII.

Nebride veſtitur Bacchus, talaria nectit,
Atque alas aureis Mercurius pedibus ;
Herculem obit Magnum Leo Caſpius; Arcadis at tu
Rudentis latitas ſubter , Atarde, pilos.
Jlli nempe tument alienâ veſte ſuperbi ;
Tu, Atarde, tuâ pelle ſub usque tumes.

XXIII.

O mihi dent magno Muſæ acceſſiſſe Catullo,
Atardus quantum proximus eſt Aſino.

XXIV.

Tune meos numeros naſo ſuſpendere adunco
Fæx mera lappiphagûm, tune meos numeros ?
Montis ad extremum cui non ſinat augur Apollo
Vel tantum lappas carpere Caſtalias.

XXV.

Parnaſſum Bacchi tantum de parte colebat
Atardus, ſacræ perfidus oſor aquæ.

Ergo

Ergo ſemel cuperet Latii cum carmina Vatis
Carpere, nec ſciret quid miſer arriperet,
Rimari cœpit, num pes, num ſyllaba ſaltem
Peccaret, nec ſe ſuſtulit ulterius:
Exempli ignaro viſa eſt trunca una, ratusque
Grande nefas, raucos edidit ore ſonos.
Per riſum limam circumtollente theatro
Inſulſam, & ſcuticæ verbera promeritam;
Et tamen hæc etiam mihi cum cenſura peracta eſt,
Tunc quoque per thyrſos ebrius, inquit eram.

XXVI.

Quando puer fuerat puerilia carmina fecit
Atardus, puero danda erat at venia.
Quando fuit Juvenis, puerilia carmina fecit,
At juvenis ſcuticæ verbera promeruit.
Quando ſenex fuerit, faciet quæ carmina? certum eſt
Carmina, quæ ſemper nulla fuere, fore.

XXVII.

Laudibus haud donem quod te, miraris, Atarde?
Ne laudes verſus nempe meos timeo.

XXVIII.

Atardus interdiu domi ſedet, nocte vero perambulat.

Sylveſtres Aſinos triſtari ſole ſereno
Fama ait, & queſtus edere luctiſonos;
Saltibus at laſcivire, & gaudere viciſſim,
Dum circum tenebris nox volat umbriferis.

Tu

Tu quoque lætitiam cum dat lux aurea Solis,
Atarde, in nigrâ triſtis ades tunicâ;
Lætior es contra, ac diſcinctus veſte vagaris,
Cum torquet curſus humida nox medios.
Sic tibi cum ſtolido mens eſt communis Onagro,
Quisnam ſylveſtrem te neget eſſe Aſinum?

XXIX.

Atardus inertibus Diſcipulis ſuis
Aſini effigiem ſuperponit.

Quid ficto pueros aſino ſupponis, Atarde?
Sub te ſi fuerint, nonne Aſino ſuberunt?

XXX.

Quodcumque argutum doctis, lepidumque vocatur,
Inlepidum Atardus, frigidulumque notat.
Quod vero inſulſum doctis faſtidia movit,
Atardus laudat, mirificeque probat.
Quæ ſit cauſa petis? non omnibus omnia rident,
Florum gluten apes, carduum amant Aſini.

XXXI.

Atardus lento tardus quid præſtat Aſello?
Officium, ni ſint verbera, neuter agent.

XXXII.

Quisquis amas arguta, meos ne tange libellos,
Nil niſi tardum Aſinum pagina noſtra ſonat.

XXXIII.

Semper calce petit, ſed nunquam lædit Atardus;
Hoc agit ut verum ſe probet eſſe Aſinum.

XXXIV.

XXXIV.

Hic te Grammaticum vocitat, Sophon alter, Atarde;
Aſt ego te tardum dicere malim Aſinum.

XXXV.

Te eſſe aſinũ, atque hominem quis credat Atarde? ſecundum
Es quid homo, aſt aſinus quomodo? ſimpliciter.

XXXVI.

Omnia nota tibi ſunt totum geſta per orbem,
Hiſtoriæque omnes; omnia nota tibi.
Grammatici quidquid certant, Dialectica quidquid
Turba, Sophique crepant; omnia nota tibi.
Cordatis quod Atarde Viris reputeris Aſellus,
Scis etiam, cum ſint omnia nota tibi.

XXXVII.

Tam ſua magnifico quod Atardus prædicat ore,
Aoniisque locum nec ſinit eſſe viris;
Naturam ſequitur, quam traxit ventre Parentis;
Jn fœtus Aſinis maximus extat amor.

XXXVIII.

Olfacere incaſſum noſtros, Atarde, libellos
Niteris; haud naſum tardus Aſellus habet.

XXXIX.

Aſinus Loquitur

Errans me tardum populus fors credit Aſellum,
Vera ſed Atardi ſum ſtolidi effigies.

XL.

Natura ingenio tardi quod dempſit Atardi
Olli eadem longis contulit auriculis.

XLI.

XLI.

Buxea circumagit qui tetricus ora, cruentos
Cui pridem infecit livor edax oculos,
Jlle eſt Atardus, doctrinæ larva; Aſininum
Noſce leoninâ ſub cute noſce pecus.

XLII.

Atardi Epitaphium.

Hoc ſaxo Atardi tegitur modo corpus; at ipſe
Fertur tardorum barda per ora Aſinûm.

XLIII.

Aliud.

Hac Pædagogus ſub mole quieſcit Atardus,
Ad cujus cineres mejere non ſatis eſt.

XLIV.

Atardi quæris fugiam cur ſemper ab ore?
Surdeſcam ſi illum vel ſemel audiero.

XLV.

Hunc nodum diſſolve mihi, ſpinoſe Sophiſta,
Cum ſis, Atarde, bipes, es tamen ipſe Aſinus.

XLVI.

Atardus bardo indixit mihi bella tumultu,
Atque canit tardi claſſica more Aſini.
Qnid faciam? dem terga? quid, o bardiſſime, neſcis?
Si volo, mors unus mors tibi Jambus erit.

XLVII.

In Augurali, ſi quis ægrotet, vidiſſe Aſinum, qui à lapſu ſe ſuſtulerit, indicat eum convaliturum.

Conva-

Convalui, ut vidi te a lapſu forte levantem;
I nunc atque Aſinum, ſi potes, eſſe nega.

XLVIII.

Vadimonius compertum ait, calvariam Aſini in hortorum medio depoſitam ad loci fertilitatem facere.

O cujus vigili curâ, aſſiduoque labore
Marſia fit terris fertilis uberibus,
Parce, precor, bobus, mulabus parce miſellis,
Unica Atardi calvaria ad id ſat erit.

XLIX.

Ægyptii rerum ignarum vocabant hominem aſinicipitem.

Eſſe hominem te Atarde, putas, neque ſtultus aberras,
Eſſe putes hominem ſi te Aſinicipitem.

L.

Exceptura novas Atardi charta lituras,
Quo potuit, tales extulit ore ſonos;
In quamcumque libet potius deferte latrinam,
Ne merdis temeret me iſte ſuis Aſinus.

LI.

Valle ſub umbriferâ viridi Philomela receſſu
Solverat argutos mellifluo ore ſonos.
Audierat Cuculus, cur non, quid poſſumus ambo,
Cantibus alternis experiamur? ait;
Et nos penna levat, vehit & levis aura volantes,
Et nobis eſt vox docta ſonos lepidos.

Conatui arridens ſuavis Philomela prophano,
Ecquis erit nobis arbiter, ecquis? ait.
Ecquis erit? tardus, Cuculus reſpondit, Aſellus
Hunc ego jure aliis præfero Judicibus.
Cur? quia judicium fieri de carmine debet
Auribus attentis, res ubi perficitur.
At nemo eſt aſino longis inſignior alter
Auribus; hic Judex, ut meus, eſto tuus.
Annuit inſano Cuculo Cythariſtria ſylvæ,
Nectareumque prior reddit ab ore melos:
Subſequitur Cuculus feriens ululatibus auras;
O quam diſſimilis vox utriusque fuit!
Et tamen Arcadici præclarâ Judicis arte
Inferior Cuculo fit Philomela rudi.
Quare id? Judicibus res non committitur æquis,
Exertis Aſinus proditur auriculis.

LII.

Magna Aſinum, Atardumque inter concordia vocum eſt,
Sed major in re affinitas.

LIII.

Quod ſtercus Porco, quod aſello carduus, hoc eſt
Barbaries Atardo Aſino, Porcoque Magiſtro.

LIV.

Animal ptophanum abſtine uſque, ſi ſapis
Dentem, ungulamque ſcriptionibus ſacris;
Nam licet hianti ſæpe rictu prenſites,
Nil, Aſine, carpes, ad tuos i carduos,
Aut fuſte referes dedolatus hinc pedem.

LV.

LV.

Cui non Atardus iſte ſat notus modo?
Sed ſcire vis ignotus hic cui ſit? ſibi.

LVI.

Scis cur non laudat tardos Atardus aſellos?
Sordeſcit proprio laus quod in ore, tenet.

LVII.

Atardus Ciceronem exponit.

Antoni Comites, tuque o Catilina, Cethege,
Et Clodi comites, vos maleſana cohors,
Parcite jam cædi Ciceronis; diſperit ille
Pejus, cum Atardus explicat illum Aſinus.

LVIII.

Cur Natura dedit curtum tibi corpus, Atarde?
Viderat hoc ipſo plus ſatis eſſe Aſini.

LIX.

Lædit te quiddam, ſed non eſt fabula, Atarde,
In te tardigradum nempe habitare Aſinum.

LX.

Eſſe Canem rabidum quis te non credat, Atarde?
Dum rabido infeſtus quemlibet ore petis.
Inde etiam pandum ſi ventrem cerno, videris
Tu mihi in obſcœna Porcus obeſus harâ.
At nunc cum noſtrum tam ſtulte obrudis in hymnum
Jure Aſini tardum nomen inertis habes.

LXI.

Mellea diſploſo vexans alvearia roncho
Credidit inſanus ſugere mella Aſinus:

Labro insultantem, atque abnormi nare frementem
Straverunt validâ cuspide apes miserum.
Carpere spiniferos Asini discant paliuros,
Quid melimela gulam sollicitent Asini?

LXII.

Cum medicam Atardus subiisset forte tabernam,
Succiduo est passus poplite deliquium;
Nec redolente sibi potuit diu aromate reddi,
Demum olfacto Asini stercore convaluit.

LXIII.

Atardus nulli meritum quod præbet honorem,
Detectum quoties debet habere caput;
Quid mirare? fugam ne det doctrina veretur,
Prodere Asellinas & timet auriculas.

LXIV.

Cum tua Castaliis cantares carmina Musis,
Auditus multum pulcher Apollo queri;
Ecquis in hoc iterum surgis mihi, Marsya, rure,
Cujus canna sonat vocibus obstreperis?
Desine Castalias stolidis fregisse Sorores
Cantibus, aut unum corpore vulnus eris.

LXV.

Dum veteres nuper repetens de more querelas
Gutture cantum edit Daulias artifici,
Olli ausus streperâ cuculus contendere voce,
Plurimus obscuro gutture cuco sonat.
Nec mora diversæ fervent certamina linguæ,
Nec litem judex ullus adest dirimens.

Forte

Forte Aſinum Cuculus cernens, hic judicet, inquit
Longa utrinque ſatis cui patet auricula.
Jlle probans aliquid ſecum commune ſonantem,
Judicat eſſe melos nobilius Cuculi.
Hinc Cuculis cordi eſt ſua tantum muſica, nulla hinc
Luſcinia eſt, tardi cui faveant Aſini.

LXVI.

Obſcuro qui te natum putat eſſe Parente,
Errat; habes generis nobile Stemma tui.

LXVII.

Quod ſis frugalis, quod ſis patiensque laboris,
Quodque omnes ſpernis delicias Cynicus;
An te ideo præfers aliis ſtolidiſſime? nempe
Quisque Aſinus tibi ſic anteferendus erit.

LXVIII.

Perſæ voce Aſini loco tubæ utebantur aliquando.

Perſarum tuba rauca, tace. Reſpondit Atardus,
Quid ſibi Perſarum vult tuba rauca? Aſinum.

LXIX.

Optimæ tibiæ ex Aſini oſſibus.

Non totus moriere, tui pars optima vivet,
Optima tibia fit oſſibus ex Aſini.

LXX.

Pandus es, auritus, rauci oris, mentis iniquæ,
Haud magnam præſtas rem ſi es, Atarde, Aſinus,

LXXI.

LXXI.

Si ſapiam, hoſce meos ne, Pædagoge, libellos
Emittam in lucem publicam, Atarde, mones.
Accipio, cupioque tibi parere monenti,
Tempus erat ſed te noſcier eſſe Aſinum.

LXXII.

Se ſe indefeſſum, & frugalem jactat Atardus;
Nil narras miri, præſtat Aſellus idem.

LXXIII.

Omnia novi, inquis; O perfectiſſime certe,
Si te, ut revera es, noveris eſſe Aſinum.

LXXIV.

Deliras cum forte vices legiſſet Atardus,
Lucius & quidquid pertulit olim Aſinus;
Ex Aſino evaſiſſe hominem ſperavit & ipſe,
Si abjectis lappis carperet ore roſas.
Fruſtra at Atarde roſas comedis; ſi namque ab Aſello
Nemo evadit Equus, quomodo poſſis homo?

LXXV.

Cum ſis mente Aſinus, cum ſis & corpore tardus,
Atardi nomen convenienter habes.

LXXVI.

Donec erunt lappæ, tribulusque, & carduus aſper,
Fama, Atarde, meæ vivet Atardeidos.

LXXVII.

Si vulpinari fas eſt cum vulpe ſagaci,
Cum tardo rurſus rudere fas Aſino eſt.

LXXVIII.

LXXVIII.

Gaudete, o Bavii, Mævii, gaudete Bathylli;
Qui veſtrum obſcuret nomen, Atardus adeſt.

LXXIX.

*Caro Aſinina Mœcenati
in deliciis fuiſſe dicitur.*

Quod Mœcenates habeas, nil miror, Atarde:
Mœcenati Aſini nam caro grata fuit.

LXXX.

Non video cur te tantum mireris, amesque;
Scis quid mireris? ſcis quid ames? Aſinum.

LXXXI.

*Caput Aſini contra tempeſtates in hortis
exponi ſolitum.*

Hellespontíacus fures Deus arcet ab hortis;
Tu tempeſtates: quippe Aſini caput es.

LXXXII.

Jnter tu Vates, & Phœbo digna loquentes
Non audes mutus verba duo loquier.
Jnter, Atarde, rudes, vel agreſtes compita circum
Jpſum voce tuâ Stentora vel ſuperas.
Sed fucum ingeniis facias ſocordibus iſtum;
Sís plebi, non es doctus, Atarde, mihi.

LXXXIII.

Da mihi, Phœbe, precor, quæcumque ita ſcribimus, eſſe
Æterna, & ferri docta per ora virûm.
Nosque tibi ante aram ponemus in igne quotannis
Quos rudit tardus verſiculos Aſinus.

LXXX IV.

LXXXIV.

Te noſtro haud miror carpſiſſe in carmine Siren,
Aſſuetas Aſinus non niſi potat aquas. *Proverb:*
De ſimili & causâ ſi te proverbia tangunt,
Deſpiciunt aurum, ſtramen amant Aſini. *Proverb:*

LXXXV.

Aſinus ſtupet ad Fontem. Proverb:
Non jam miror ames cur te tantum, improbe Atarde,
Se ſe ut fonte vident, ſe ſe & amant Aſini.

LXXXVI.

Dic, quod, Muſa, queam ſcripturus fingere nomen
Atardi quod par laudibus eſſe queat.
Eccur imprudens quod habes me poſcis? Atardi
Omnia Aſellorum nomina nomen habet.

LXXXVII.

Atardi gravitas non me ridenda fefellit;
Auribus agnovi protinus eſſe Aſinum.

LXXXVIII.

Diceris Atardus merito, tibi convenit apte
Nomen Aſelli, apte cui quadrat ingenium.

LXXXIX.

Barbatum eſt mentum, mens eſt tibi barbara, Atarde;
Barbaries tardo convenit iſta Aſino.

XC.

Tres linguas habet Atardus; nihil inde lucratur;
Tres habet hic linguas, ergo triceps Aſinus.

XCI.

XCI.

Jlluni currit de nocte Magister Atardus,
Atque latet veluti noctua luce domi.
Hoc Melitæ & faciunt Asini; de nocte vagantur,
Atque domi versant luce micante molam.

XCII.

Mularum vitam infelicem vivit Atardus,
Insumit, numerans millia multa, nihil.
Sæpe ferunt dorso magna auri pondera mulæ,
Quæ miserè vivunt, fœnaque semper edunt.
Quid mirum, veluti mulus si vivit Atardus?
Belle etenim mulis convenit, atque Asinis.

XCIII.

De scriptis, Atarde, tuis quid sentio, quæris;
Præstabunt sellæ lintea turpiculæ.

XCIV.

Qui primis vix nunc adolescit viribus Ægon,
Et nondum pingit pube genas teneras,
Ad Pædagogum nuper deductus Atardum
Excelsi specimen præbuit ingenii.
Sensit Virgilio similem, similem Ciceroni,
Subrudensque gravi pectore Atardus ait;
Agricolæ votis non respondebit avari
Quæ nimium properat luxuriare seges.
Præcocis ingenii spes hic frustrabit, eritque
Jste Asinus senior, qui Cicero ante diem est.

Excipit hunc Ægon, O quàm puerilibus annis
Præcocis ingenii tu quoque eras Cicero.

XCV.

De ejus Thematibus combustis.

Quas fortuna vices ubique versat!
Carpsit Jliadem vorax Asellus,
At nunc flamma meras Asellitates.

XCVI.

A nive quantum pix, a Corvo Cycnus, ab urbe
Vicus, & a vero falsum, aliquid nihilo,
A vitio virtus, ab iniquo discrepat æquum,
Quantum album a nigro, nox quoque lucifero,
A sano insanus, quantumque a paupere dives,
Purus ab impuro, corpus ab ingenio,
Quantum homo tardigrado longe quoque distat Asello,
Tantum a laudato longe es, Atarde, viro.

XCVII.

Epitaphium.

Atardus jacet hic, quo non magis alter Asellus,
Jste lapis totam contegit Arcadiam.

XCVIII.

Ad laqueum Archilochi ducebant carmina, nostra
Cogent versandæ te dare colla molæ.

XCIX

Non poteras melius sortiri nomen, Atarde;
Quando tuo nomen convenit ingenio.

C.

C.

Atardum Pædagogum vis dicere doctum?
Hoc eſt & doctum dicere velle Aſinum.

CI.

Conſimilem natura Aſino generavit Atardum,
Diſſimile ambobus nec dedit ingenium.
Rudunt ambo, ambo gaudent ſpinis, tribulisque,
Jlle agri ſpinis, Grammaticæ hic tribulis.

CII.

Ecquid Atarde tuos ceſſas mihi mittere verſus?
Jam mihi tergendis charta deeſt natibus.

CIII.

Jgnotum bipedis dicis tibi nomen Aſelli;
Quid mirum? nec enim notus es ipſe tibi.

CIV.

Siquis erit bipedes inter numerandus Aſellos,
Diſpeream, ſi non hic mihi Atardus erit.

CV.

Jnverſum ſi fas Apulejum dicere quemquam,
Dicere fas certe te mihi, Atarde, foret;
Quod velut hic Aſininâ hominem ſub pelle tegebat,
Jpſe ſub humanâ pelle tegas Aſinum.

CVI.

Quod ludens Aſinum dixi te nuper, Atarde,
Ringeris, & cauſam reddere, Atarde, jubes.
Jlla ſed in promptu eſt; quâ dictâ, protinus ipſe
Teſtis eris, verum me quoque, Atarde, loqui;

Non quod es a nobis alieno corpore, ſed quod
Arcadico dignum pectore germen habes.

CVII.

Horas me male collocare dicis,
Cum Phœbi cytharam, fidesque tracto:
At tu quid facis Arcadum Monarcha?
Cum luces ſolidas trahis rudendo,
Num guttur bene collocas, & horas?

CVIII.

Eſſe hominem quicumque putas, quàm falleris, iſtum!
Ora hominis tardum barda tegunt Aſinum

CIX.

Dixi Aſinum tardum, volui qui dicere Atardum,
Linguæ eſſet lapſus, tu niſi Aſelle fores.

CX.

Diſplicet Atardo, quod ſalſa Epigrammata ſcribam;
Cognoſci non vult; hinc dolet atque rudit.

CXI.

Quod placeas nulli jam non mireris, Atarde,
More Aſini ipſe tibi nempe places nimium.

CXII.

Diſcipulos Aſinos Aſinus facis ipſe Magiſter.
Quàm quod ſcit, tritum eſt, nemo docere poteſt.

CXIII.

Ore homo, vultu, habitu, voce, inceſſuque videris,
Et niſi quod tu Aſinus, nil retines Aſini.

CXIV.

CXIV.

Sies qui taceam rogas ; tacebo,
Pro me at Discipuli satis loquentur.

CXV.

Epitaphium.

Quem saxum premit hoc, nihil putatur
Fecisse utile, nilque comprobandum,
Ni quod mortuus est: reliquit eheu!
Post se Discipulos Atardianos.

CXVI.

Quamdiu, Atarde, voles, & quantum, rude; Poetam
Me esse liquet, tardum te liquet esse Asinum.

CXVII.

Edere qui proprias statuis, Chrysaure, Camœnas,
Accipe , ne pecces, quæ peragenda prius.
Consule cum Fabro carmen, Sancto, atque, Corogna;
Constet ad hanc norman sal, lepor, atque vigor.
Atardus dicet num syllaba claudicet ulla,
Grammaticæ tantum qui rudimenta rudit.

CXVIII.

Non pomo pomum, non ovo convenit ovum
Tam bene, quàm tardo convenis ipse Asino.

CXIX

Nemo licet doceat, quo sis prognate Parente,
Te quis Asellinum nesciat esse genus ?

CXX.

Ustus Chrysauri famâ Pastoris Atardus
Excussit versus, metraque nota viri;

Et

Et tandem objecit Siren quod dixerit, atque
    Inquit, Sirenem, dicere debuerat.
Si non Cenſor erat tam bardè tardus Aſellus,
    Veniſſet nulli majus ab hoſte decus.

CXXI.

Si foret in noſtras juris quid Atarde, Camœnas,
    Legitimèque tuo ſubderer arbitrio,
Gratarer ſine fine mihi, Vatesque viderer,
    Et lauri meritum ſerta caput peteret.
Futilis exacto tam nil tu carpis in hymno,
    Ut magis inſulſo quod petis ore, probes.

CXXII.

Sæpius admoneo Muſam, ne dicere Siren
    Pergat, Sirenem dicere at illa velit.
Jlla at ſubridens conſulto claudicat, & me
    Sollicitum errati gaudet habere ſui.
Atque ait illudens; ni peccem ſedula, Atardus
    Jlle Aſinus, quid, quod carpere poſſit, erit?

CXXIII.

Quid tu ſcire putas hunc, qui rudimenta Latina
    Venditat, A. B. C. edocet & pueros?
Poſſidet haud gazas, commiſit quas Tibi, Tulli,
    Commiſit, Publi, aut aurea Roma Tibi.
Ergo quid? extremo, quidquid tenet, errat in ore,
    Hoc tantum A. B. C., quod docet, ille tenet.

CXXIV.

Rivos claude; ſatis tardus potavit Aſellus.

FINIS ATARDEIDOS.

EPIGRAMMATUM
VARIORUM.



AD

BAJULIVUM De BLACAS

DE VINO MIHI DONATO.

OPtime Vir ſortite pares cum munere mores,
Guſtavi vini pocula grata tui.
Cum vino ergo tuo noſtro memorabere cantu,
Cumque tuo vino vel ſuper aſtra volem.
Tu Melitæ Heroum mihi Princeps, ille liquorum,
Deliciæ Melitæ diceris, ille labri.

Ad Eumdem.

DIvinos Bacchi latices avidiſſimus hauſi,
Unde mihi grato pectora melle madent;
Divinas & litterulas avidiſſimus hauſi
Unde omnis cedat pectore amarities.
Ambigimus, major manaverit unde voluptas,
Sic tua contendunt dulcia verba mero.
Non alio ſermone loqui cœleſtia jurem
Numina, non alio nectare poſſe frui.

Eee JN

JN VILLULAM
EJUSDEM BAJULIVI de BLACAS MELITÆ.

JNſpice poma, putes pomaria; delige flores,
Sic eſt Hybla; legas hinc olera, Hortus erit.
Eſt ſapiens, ſi quæris Herum; bibe herilia dicta
Auribus; hæc, dices, dicta Catonis erant.
Villulæ, Herique tenes dotes; non unica utrisque
Gratia, ſed magni gratia præſtat Heri.

Jn Eamdem.

An mage Pomonæ, Floræ magis anne Blacaſi
Debeat hæc manibus Villula culta tuis;
Prodere ſit dubium: fundit ſua munera Flora,
Et Pomona ſuas prodiga divitias.
Gratia tota Tibi, tuus eſt labor, & Tibi ſolvit
Quantum non debet Villula utrique Deæ.

Jn Eamdem.

Vidimus, ut varias morus fingatur in aulas,
Veſtiat ut muros citrea pompa ſuos.
Vidimus, invito ut florent viridaria ſaxo,
Fructibus ut ſcopulos ars operoſa beat.
Blacaſium, Melite, jam nunc agnoſce Magiſtrum,
Quando tuos ſcopulos, & tua ſaxa beat.

Jn Eamdem.

Provocat Jdalias Blacaſi Villula ſedes;
A Domino formam Villula nempe capit.

In Poema Metaſtaſii,

Cui Titulus: La Pubblica Felicità
ab Auctore mihi miſſum.

Cuncta Thereſiacas tollit quæ pagina dotes,
Pectora demulcet, laudeque digna venit.
Una Metaſtaſii longe ſupereminet omnes;
Dos illi haud una eſt, afficit atque docet.

In Medicos.

Quidam crudeli renum, ventrisque dolore
Vexatus, altos ore dabat gemitus.
Conveniunt Medici, morbum, cauſamque, requirunt,
Deque iſtis ineunt provida conſilia.
Jlle moræ impatiens, ecquid contendïtis ? inquit,
Vos perdant crepitus: mox cacat, ut ſolüit
Preſſi ventris onus, diri ceſſere dolores:
O medicina potens! inquit, & arripiens
Plenam fœtenti lotio, merdâque patellam
Conſultatores proijcit in medicos:
Fortiter hoc dixit facio, quo ſcilicet Jſti
Hos morbos melius quanto oleant, ſapiant.

IN VILLAM PP. SOC: JESU
PROVINCIÆ MASOVIÆ
ad Viſtulam ſitam.

PArva ſuburbanæ ſpernis qui culmina Villæ,
Et quæ humilem cingunt jugera parva Domum,

Ne, rogo, te anguſtæ pigeat ſuccedere ſedi,
Noſſe & ruſticulæ lignea tecta caſæ.
Sat ſcio, Lojolidum Muſis devota Caterva
Se ſe primum oculis incola ut obtulerit,
Quos modo ſpernebas parvo cum rure Penates
Divitis anteferes ſedibus Alcinoi

Ad
PALATINUM SENDOMIRIENSEM.

Vielopolſki Gentis laus prima Polonæ,
Cuique Palatini tot numerantur Avi,
Cui centum trabeæ, centum gentilia ſceptra,
Cui totam irradiant ſplendida facta Domum ;
Tot decorum ſeriem divino in pectore ſervas,
Vivit in hoc vultu Turba ſuperſtes Avûm :
Dira Tuæ fruſtra extinxit mors lumina Gentis,
In te uno vivit Turba ſuperſtes Avûm.

IN
ANTONII COMITIS CIANTAR
MELITEM JLLUSTRATAM.

Ut Melitem illuſtras, ſic illuſtraris ab illâ ;
Hoc opere æternum tu quoque nomen habes.

Jn Eamdem.
ad Lectorem.

Heic Melite tibi priſca animâ inſpirata recenti
Vivit, uti Phœnix morte renata ſuâ.

In

In Eamdem

Ciantario abstrusum nihil est, luci omnia sistit,
Et Veri, aut Falsi Ciantar Elenchus erit.

In Eamdem.

Jmmemor haud Patriæ densis obscura tenebris
Ciantar in illustrem promit en acta diem.
Debebunt alii Patriæ, Melite inclyta Nato
Debebit, Patriæ quod pater ipse suæ est.

In Eamdem.

Tartareo Alcides Ægiden solvit ab Orco;
Hoc præstat priscæ Ciantarius Patriæ:
Is ferri, verum tu acie ingenii, ille sodalem,
Tu Patriam; vestrum quis, rogo, major erit?

In Eamdem.

J nunc, & nobis sylvas, rupesque sequutas
Orphea cantato Græcia falsa tuum;
Ante legebantur lapides, interprete demum
Ciantario lapides en didicere loqui.

In Eamdem.

Fædarant Blattæ Meliten volventibus annis,
Et rudis insciti cura Magisterii:
Ingemis, & cladi occurris jam Ciantar, iniquæ,
Atque loqui lapides & monumenta doces:
Audit Barbaries, & de me nunc, ait, actum est;
Hac unâ potui morte, manuque mori.

In

In Eamdem.

Quæcumque in Melitæ penetralibus abdita priscæ
Ære legebantur credita vel lapidi,
Usus quæ nullus, quæ gratia nulla manebat,
Dum spargebantur sedibus in variis,
Ciantarius legit, molemque redegit in unam,
Cuncta coire jubens sedibus e variis:
Qualiter Ægides, strueret cum Palladis arces,
Fama est ex omni parte citasse homines.
Nec minus a titulis, Ciantar, tibi fama, decusque est,
Quam famam atque decus das modo tu titulis.
Civibus illa tuis vitam monumenta dederunt,
Hæc vitam debent sed monumenta Tibi.

Jn Eamdem.

NI Meliten scriptis prius asseruisset Abela,
Et Melitæorum splendida facta Ducum,
Delesset Meliten usque invidiosa vetustas,
Et Melitæorum splendida facta Ducum.
Ni magnus Ciantar nunc illustraret Abelam,
Cœcâ in nocte tuum nomen, Abela, foret.
Et jam, docte Comes, propter te lis fera rerum
Esset Abelam inter, inter & Historiam;
Sed devinxerunt ambos duo; plurima Abelæ
Historia hæc debet, plura at Abela Tibi.

Jn Eamdem.

TRuncarat Meliten senium; miseratus Abela
Plurima restituit, quæ senium abstulerat.

Sed

Sed qui restituit, non omnia vidit Abela,
Multa etiam scripsit, quæ meruere notam:
At tu nunc ambos, Ciantar, miseratus, utrumque
Restituis, truncum Juppiter ut Pelopem.

Jn Eamdem.

FAlsa, Draconigenas jactas cur, Græcia, Thebas,
Atque Amphioniâ saxa coacta lyrâ?
Surgentem binâ Meliten nunc aspice mole,
Struxit quam vigili Ciantarius studio:
Jllic a priscis ætatibus usque petita
Marmora Phœnicum, marmora Agenóridum,
Græcorum, Ausonidumque urnas, & signa videbis,
Æraque ab artifici vivere jussa manu.
Assertor Patriæ Ciantar, Tibi tota Vetustas
Explicat arcanas prodiga divitias:
Marmora tot, Ciantar, tot signa, tot æra, tot urnæ
Jn titulos laudis nunc coiere tuæ.

Jn Eamdem.

PAlladis auspicio, Ciantar, molire triumphum,
Fas tibi palmatam sumere jure togam.
Fercula distincto præcedant agmine currum,
Doctaque per titulos dicta subinde notent.
Mox senior Tempus præcisis molliter alis
Magnâ Jllustratam voce canat Meliten:
Post vultu in terram projecto mœsta sequatur
Barbaries, collo vincula serva ferens.

Jpse

Jpſe tuo Elogium decori, Vir maxime, ſcribam,
Barbare quod triſti lumine Atarde legas:
Quæ congeſta vides, digeſtaque corpus in unum
Ciantarius furvis eruit è tenebris.
Quis ſat Ciantarium laudet? tumulo excita priſco
Tollit honoratum jam Melite alma caput;
Nec ferrum, aut flammam metuit, ſecura ſenectæ
Ciantarii æterna eſt munere facta novo.

Jn Eamdem.

EGregii Manes Melitenſum (ſi qua ſubire
Vox fortunatum eſt potis Elyſium)
Gens præclara Virûm præclarâ ſtirpe ſuperba,
Et clarus claro ſanguine ſanguis ova.
En veſtri Generis Magnus pars maxima Ciantar,
Eripit inviſis nomina veſtra rogis,
Reddit & hic vobis aliam poſt funera vitam,
Unius & ſcriptis tota viget Melite.
Jupiter æternis ut vos demerſerit umbris,
Vos qui reſtituit Jupiter alter hic eſt.

Jn Eamdem.

Binam ego nunc Melitem miror, doctiſſime Ciantar,
Sic adeo ut dubitem mira ſit utra magis.
N ptuni illa labor, labor eſt & Apollinis iſta,
Pieridum hæc amor eſt, illaque Nereidum.
Jllius ut miror moles, navalia, muros,
Natura & Portus quos ſtupet ipſa Parens;

Sic

Sic hujus miror, Veneres, mirorque lepores,
Et Charites, mecum quas ſtupet ipſa Charis.
Sunt illic pictæ tabulæ, ſtatuæque vetuſtæ,
Queis vox ſola deeſt, ſed tamen illa deeſt;
Hic ſua vox ſtatuis, vox eſt ſua juncta tabellis,
Reddant ut vivos utraque viva ſonos.
Denique cuncta, quibus fertur mirabilis illa,
Hæc, & plura illis, & meliora refert.
Quod magis illa tamen vulgo miranda videtur,
Mirari ut quivis deſinat, hæc ratio eſt;
Corporis illam oculis vulgus miratur, at iſtam
Miratur ſiquis, lumina mentis habet.

In Eamdem.

Tot Melitæ Ciantâr miranda, atque abdita pandit,
Sit Melitæ ut Ciantar filius, atque parens.

In Eamdem.

Quantum Varroni debet Saturnia Roma,
Tantum clara ſuo Ciantario Melite

In Eamdem.

Priſca novis confer, nil Varrone Auſonis ora,
Nil quoque Ciantario majus habet Melite.

Ad Eumdem
ANTONIUM COMITEM CIANTAR.

O Decus Aonidum, Latio ſeu carmine cantes,
Hetruſco pangas, ſeu magis ore melos!

Neſcius imminui, nullique obnoxius ævo
Uſque viges mentis robore perpetuo.
Computat hinc fruſtra tibi lapſos Atropos annos,
Et queritur penſi ſtamina longa tui.

Ad Eumdem.

Quod Melite Tuſca eſt, Meliteque Latina quod audit,
Ciantario Comiti debet utrumque ſuo.

Ad Eumdem.

In ejus de Pauli Apoſtoli in Meliten adventu
Diſſertationes Apologeticas.

Quod Chriſtum colat, id debet Melite inclyta Paulo;
Debent, id prorſus quod liquet, ambo Tibi.

Ad Eumdem.

De ejus Cæcitate.

Jnvida Ciantario quod iniquis nubila fatis
Abſtulerint oculos parce queri, Melite:
Tanta animi lux eſt, quanta eſt nox corporis, illa
Singula perpetuo permeat, iſta nihil.
Par erat, ignitæ ut poſitum prope lumina mentis
Perderet exhauſtam lumen utrumque facem.

Ad Eumdem.

Aſtrorum Ciantar ſpoliatus lumine, lucem,
Quâ ſe, quâque Deum conſpicit, intus habet.

Ad Eumdem.

Dum Tibi ſors oculos invidit perfida, Ciantar,
Ingenio Pallas cuncta videre dedit.

Ad

Ad Eumdem.

Ad Te carmina mitto nec Latino
Nec Grajo ſale tincta, vel lepore;
Quæ ſi judicio tuo probentur,
Atardum pecudem nihil morabor,
Nihil grammaticas tribus: mihi unus
Ciantar Curia, Cenſor, & Quirites.

Ad Eumdem.

Ergo meas etiam laudas, Vir magne, Camœnas,
Et mea quæ recites carmina, digna putas?
O nimium natos felici ſidere verſus,
Queis & Ciantareo contigit ore cani!
Nunc, Atarde, crepa: nam quis niſi peſſimus illa
Nunc carpſiſſe auſit, quæ modo Ciantar amat?

Ad Eumdem.

JAm mea Muſa putat ſe terque, quaterque beatam,
Fertque ſupra nubes, & ſuper aſtra caput.
Nec triſtes metuit Criticos, nec ſcommata Atardi
Invida, Ciantario judice tuta ſat eſt.

Ad Eumdem.

JLluſtri inſertos Melitæ dum lucis in auras
Acceleras noſtros edere verſiculos,
Hoc agis ut noſtras vertas in ſeria nugas,
Particulamque tui nominis attribuas;
Nomine ſubque tuo certantia viribus ævi
Noſtra dies vivant carmina perpetuos.

O quæ de rapidis oblivia discutis annis
Fama, tuum nil jam nil moror auxilium.

Ad Melitem.

Cum inde Auctor discederet.

MUltiplici, ac tuto ratibus circumdata Portu,
Atque meis Musis Insula chara vale.
Chara vale, & senes qui se tibi credidit annos,
Jam precor optato læta fave augurio.
Jmus in Arctoas, sic Fatis volvimur, oras,
Pontificisque vocant quò sacra jussa, sequor.
Vivere sic nostrum non unâ sede morari est,
Patria Virtuti creditur omne solum.

Ad P. Lischanicum Astronomum Jllustrem.

De Ipsius Specula Viennæ Austriæ.

UT tollatur humo, vulgo tollatur ab imo
Lischanicus summam sæpe petit speculam.
Hîc & Cælicolum sedes meditatur, & astra,
Et gaudet Cœlo se propiore frui.
Lischanicum ambigeres an ament plus Numina Cœli,
Plus an amet Cœli Numina Lischanicus.

Jn Eamdem.

Lischanichi alta domus quattuor est obvia ventis,
Quælibet hunc Dominum flagitat aura sibi.

P. Li-

P. Lischanichi Responsum.

Plerius certe calor est tibi maximus, ipsa
Quem non restinguunt frigora Præpositi.
Hinc iter ad Boream tibi felix auguror; ille
Lædere nec summo frigore Te poterit.
Hic dubium reddes, magis utrum carmina Phæbo
Digna canas, Phæbi an carmine digna geras.

Aliud.

Nolo ventorum Dominus, mallem esse viarum;
Sic Te, quæ possit tollere, nulla foret.

Jn Lucretiam Romanam.

SOla domo residens solito Lucretia more
Dum traheret niveis vellera pollicibus,
Tarquinius tacitum irrumpit conclave superbus
Ense minax nudo, & vi superat trepidam
Pallentemque: olli subitus tremor occupat artus,
Succiduo exanimis procubuitque genu.
Verum ubi in ora color rediit, mentemque recepit,
An vivam? an potero, dixit inulta mori?
Impia sic lædis Superos, sanctumque Pudorem?
Jpsa sed hoc stricto damna luam gladio.
Ut dixit, se se ut feriit: nec pulchrior unquam
Victima cæsa Tibi, sancte Pudor, cecidit.
Pollutum est olli corpus, mens integra mansit,
Vicit mente, licet corpore victa fuit.

Jn

Jn Eamdem.

Non proprium in proprio Lucretia corpore crimen
Ulta est, sic mansit, morte probante, Pudor.

Contra Eamdem.

Cur ferro incumbis, Lucretia? curque perosa
Lucem illaudatæ prodiga sis animæ?
Scilicet illa fuit stupro mors sera peracto,
Aut non debueras, aut prior ipsa mori.

Ad
EXCELL: JOSEPHUM ANDREAM
COMITEM ZAŁUSKI
Episcopum Kioviensem.

SI victura meis intexam nomina chartis,
Tu mihi præcipue commemorandus eris,
Sarmatici pars, ZAŁUSKI, intemerata Senatus,
Jmperii columen Relligionis apex,
Has curas inter atque ardua munia si quid,
Delibare queunt temporis Aonides;
Huc ades, & facili excipias hæc carmina vultu,
Nil potuit majus qui dare, magna dedit.
Forsan & hæc animum ni gloria lactat inanem,
Publicus excipiet post mea fata favor.

Jn

Jn
Suburbanum Collegii Nobilium
Scholarum Piarum vulgo dictum JOLI-BORD.

QUæ petit excelſum candentibus æthera ſaxis,
Formoſæ Ripæ eſt nomine digna Domus.
At magis eſt eadem Parnaſſi nomine digna,
Otia Alumnorum ſi aſpicias Juvenum.

De Eodem.

Formoſæ impoſitos Ripæ ne crede Penates
Mortali creviſſe manu; Latonius illos
Æternis Phœbus numeris eduxit in auras.

Jn Idem.
Formoſa Ripa loquitur.

Hoſpita ſum Chriſti ſtudiis, nec inhoſpita Muſis;
Hiſce viget Pietas, hæc Pietate vigent.

Jn Idem.

Viſtula torrentum furioſâ turbidus irâ
Riparum tumido verberat amne toros.
At ſimul atque Pias Calaſanti perluit Ædes,
Subjectis late quæ dominantur aquis,
Frangit adorato bacchantes littore fluctus,
Et gaudens Juvenum prætereunte Choro,
Cur non me alloqueris, Juvenum Grex Nobilis, inquit.
Mutatis ibo nectare plenus aquis.

Jn Idem.

Has legit Pallas ſedes; hoc littore ſurgit
Pindus, ab hoc manat Caſtalis unda loco.

Jn

In Effigiem SERENISSIMI POLONIÆ REGIS STANISLAI AUGUSTI


a Bacciarello egregio Artifice depictam.

FErtur Alexander ſcito ſanxiſſe ſevero,
Nequis Apelle alius pingeret ora ſua,
Ne regalis apex apud omnes vilior eſſet,
Si jus hocce foret cuilibet e triviis;
Tantus honor vultus; tantum decus extitit artis,
Ut foret una duûm gloria, & una fides;
Si STANISLAI faciem tamen Jlle videret,
Spirat ubi Princeps, ſpirat ubique Pater,
Invidiæ ſtimulis & imaginis actus amore,
Edictum rurſus conderet ille novum:
Ne poſthac aliâ me fingat imagine Apelles
Quam, quæ Sauromatum Principis ora refert.

De Ejusdem Sereniſſimi Effigie ad Bacciarellum.

TU ne audes Bacciarelli celſa ora referre
Regis? deceptus Pictor ab arte Tua es;

Si



Si STANISLAI vere cupis ora referre
Si potes arte ullâ pingere, pinge TITUM.

Ad Eumdem Sereniſſimum.
de Volterii ſimulacro nuper Jlli miſſo

VOlterius nuper Tibi Rex qui miſſus avebat
Jlle loqui Tecum, poſſe loqui ars dederat;
Sed cum prævertis, miratus mille loquendi
Eſſe Tibi Veneres, illico mutus erat.

Ad Eumdem Sereniſſimum.

Doctrinarum alter novus ecce Auguſtus; ab alto
Muſæ Helicone iterum mittite Virgilium

Ad Eumdem Sereniſſimum.

ROma ſub auguſto fuit urbs cultiſſima quondam
Naſonique fuit quâ caruiſſe dolor,
At tunc Sarmatiæ fuerat Gens indiga cultus
Naſonique fuit quam coluiſſe dolor.
Sed nunc tam cultos ſi cerneret Jlle Polonos,
STANISLAÆUM & cerneret Jmperium.
Diceret Auguſto ne ſe revocaret in Urbem
Roma ſit exilium, Patria Varſavia eſt.

Jn
Regiam Villam vulgo dictam Ujazdow
EPIGRAMMA.

QUam bene ſublimi Domus hæc in vertice clivi
Ardua Turritum tollit ad aſtra caput;
Ardua nimirum præcelſo è colle videri
Se cupit, eſt formæ conſcia nempe ſuæ.
Grande decus fronti, quam Dædala dextra polivit;
Aſſurgunt bini Tecta ſuperba gradus:
Ordine procurrunt longo conclavia, cultu
Splendida Regifico grandia mole pari.
Tu tamen HANC laxas, atque Ædes Ædibus addis
AUGUSTE, atque auges Tecta decore novo.
COR AUGUSTE TUUM ut capiat Mentemq; ter amplã
Creſcere in immenſum debu t iſta Domus.

AD
STANISLAUM AUGUSTUM
POLONIÆ REGEM.

De iſtius temporis calamitatibus

VIx Tibi Sarmatiæ cælum conceſſit habenas,
Et meritum cinxit vix Diadema Caput;
Diſſidii ſubito cum ſævæ arſere procellæ,
Sarmatia & toto cardine contremuit.

Quod

Quod regis Jmperium tam diro turbine rerum
Non ſine conſilio Numinis eſſe reor.
Dum mare tranquillum eſt, tunc ducit quisque carinam
Dum fremit in ſummâ navita puppe ſedet.
Regum alios faciunt felicia ſæcla beatos
A Te fortunam ſæcula dira trahunt

LEOPOLDUS AUSTRIUS
MAGNUS DUX ETRURIÆ.

Cum animi relaxandi causâ cymbam conſcendiſſet exortâ ſubito tempeſtate procul aſportatur, diuque in Mari detinetur.

POne, Pater Neptune, iras, frænumque procellis
Inijce, claude ſeras Carceris Æolii.
Quid ſacram violas undâ ſpumante Carinam?
Ah! neſcis, quantum Numinis illa vehit.
Sic Urbs Parthenope; ſed tales Æquoreus Rex
Fluctibus aſſurgens edidit ore ſonos:
Mitte preces; habeant ventos plebeja quietos
Carbaſa, tranquillè ſarcina vilis eat.
Vela moraturis pergant Leopoldica nimbis;
Hæc pelagi non eſt ira, ſed ambitio.

De Eodem Caſu.

PArtenopes ſubito fremit eccur murmure pontus?
Fracta quid unda gemit cautibus æquoreis?

Sunt maris hi gemitus trepidi, ſunt ſigna pavoris,
Pertremit adventum quo, Leopolde, tuum.
Nempe timet tantus ne accedat ad æquora Princeps,
Ut ſua captivas ſub juga mittat aquas.
Pone metum, Pelagus; non Xerxi hic æmulus arma
Apparat in fluctus barbara cæruleos;
Sed placidus venit, Hetruſcæ ut tuta otia Terræ
Quæ facit, Jlle tuis experiatur aquis.

In Effigiem
JOANNIS SOBIESKI
POLONIÆ REGIS
ARMATAM.
Quæ viſitur in Villa nova Principis
CZARTORISKI.

QUi Sobieſki defigis imagine viſus,
Totus & in vultu martia ſigna notas;
Ac dubitas ſit ne effigies ea bellica Martis,
Tantus in armato fulgurat ore DEUS;
Accipe: communis SOBIESKI & Martis imago eſt,
Eſſe putat vultus ille vel ille ſuos;
Pro SOBIESKO, quin anceps dextera Martem
Finxit, SOBIESKUM fingere cum cuperet,
Erravit; felix ſed tranſiit error in artem,
Ni daret hic Martem, non daret iſta parem.

In Eamdem Villam

MAxime Alexander priſcæ virtutis imago,
Regia cui virtus, Regius oris honos;
Rara Tuæ ut vidi villæ miracula, dixi:
Nobilior ſedes eſt Tua, ſede Jovis.
Par cælo tu limen habes Tu limine major,
Te minor eſt, quamvis numine digna domus.

De S. STANISLAI KOSTKA Tumulo.

SArmatico ut vidit Te, Tybri, tumeſcere KOSTKA
Talia ab obliquis Viſtula fudit aquis;
Invide Gentilem mihi quid rapis invide KOSTKAM?
Volver s & fulvis ambitioſe vadis,
Felici inſolitas deſpumas margine gemmas
Volvens cænoſis antea aquam pedibus.
Jlle ego defraudor felici inglorius ortu
Quam peperi lucem Romula jactat humus.
Sis licet exuvii ſis Tybri ſuperbe ſuperbis,
Dum tamen a me habeas quidquid honoris habes.

De cæde S. JOANNIS BAPTISTÆ

BAptiſtam Regina vovet dum tollere ferro,
Dira nocendi artes fabbricat inſolitas;
Inſtruit in ſaltus natam; ſimul inſtruit aſtû
Innocuum ut ſaltu flagitet illa caput.
Cumque popoſciſſet crudelem talia Regem,
Pro ſaltu exciſum tradidit êſſe Caput.
Quid non ſæva poteſt heu fœmina! mors ubi non eſt!
Si ſaltus etiam funera ſæva datis.

Ad

Ad Excellentissimum ANDREAM ZAMOSCIUM Magnum Poloniæ Cancellarium.

UT Genus erectâ ZAMOSCI fronte fateris
Utque Tuo Janus multus in ore natat.
Qualiter in varias operoso pollice formas
Fingitur artifices cera sequuta manus:
Non secus ad Jani componis pectora mores,
Et similis Jano es. Janus ut ipse sibi est,
Ergo alios felix Janus redivivus in annos
Surget, & Andreæ in fronte superstes erit.

AD EUGENIUM VICE-COMITEM ARCHIEPISCOPUM EPHESINUM AD CÆSAREM NUNTIUM.

Cum Viennam proficisceretur.

QUamvis Cæsareæ pergas ad valla Viennæ
Non hinc EUGENI, non tamen omnis abis:
Namque Polonorum hærebis corde tuorum,
Omnibus inque animis vivet imago Tui.

Eidem

Eidem Sol frigidum tempus promittit.

Carpe viam radiis innoxius ibo per axem,
Sique velis rosea nube sub involüar.

Eidem venti Cœli tranquillitatem spondent.

Nos etiam Æolii Fratres, gens turbida cœli,
Qui mare, qui terras verrimus horrisoni,
Ne flabris placidi lux sit violata sereni
Jn claustra ignivomæ ibimus Æoliæ.

Eidem Zephyrus comitem se fore promittit.

Sum Comes Eugenio, Tibi me socioque viarum
Nunquam aberit nostræ blandula vis animæ.

Eidem Terra ne pulvis concitetur suam operam promittit.

Scande Heros sum prona Tuæ faveoque quadrigæ
Ne globus æstivi pulveris inficiat,
Cornipedumque vias, aurigarumque labores
Terrestres Divas hæc pia cura premit

Ad Eumdem.

Qua se se variis devolvit cornibus Jster
Et lavat Austriacæ Regna superba Deæ,
Jntret Cæsareas felix Eugenius arces
Atque aures tantæ mulceat Jlle Deæ,
Jllius alloquio Austriacis jam Roma loquetur,
Stabit in arctois inclyta Roma plagis.

Jn

Jn Ejusdem Stemma.

Aſpicis ut lauro circumdatus emicet anguis
Nil ab hiante puer mollis ubi ore timet
Fulminat eloquio, non ſibilat ore trilingui
Non hiat hic ſaniem mella ſed anguis hiat;
Nectareas hic ſpumat opes non triſte venenum,
Non mors ore riget, ſed natat ore ſalus
Ne ſe monſtrifera jactet nunc Gorgone Pallas
Exanimat ſerpens Palladis, iſte animat.

AD AUGUSTUM PRINCIPEM SUŁKOWSKI

Qui dignatus eſt Gallice, & Polonice reddere meum de Polonia

EPIGRAMMA.

QUid Tibi SUŁKOWSKI reddam pro munere tanto
Qui verſus revocas in tua verba meos;
Jpſe mihi plaudo; nec ſi diſſecta coirent
Fila, iterum vellem, quo prius ore, loqui;
Nunc pateo cunctis, clauſtriſque exulto recluſis
Jn ſpatium dono latius ire tuo;
Summa feror ſuper aſtra, juvat quoſcunque Poetas
Deſpicere, & ſacri pectinis eſſe Patrem.
Sic olim ætheriis Aquilæ dum Regulus alis
Suſcipitur, reliquas deſpicit altus aves.

Ad

Ad
JOSEP: ANDREAM Comitem ZAŁUSKI EPISCOPUM Kijovienſem

QUis poterit laudum ſeries æquare Tuarum?
Sarmatici ſanguis nobilis Jmperii,
Tu revocas noſtro fugientes tempore Muſas
Tu doctrinarum diceris eſſe Pater,
Sic veteres imitaris Avos, ad ſidera ſurgis
Laude nepos atavum, laude nepotis Avi;
Unus & exuperas majorum facta Tuorum,
Sed Tua major Avis gloria Te minor eſt.

Cum Summus Vir ANDREAS ZAMOSCIUS Summos Faſces reſignaſſet.

Cur ſummos poſuit Faſces Zamoſcius Heros
Quàm Patriæ infenſus, maluit eſſe ſibi.

In Ejusdem obtrectatores

DEſine Turba procax magnum carpſiſſe Zamoſcium
Quod Patrij Faſces liquerit Imperii.
Non Faſces ſumit, ponitque Zamoſcia virtus
Inſulſo Turbæ mobilis arbitrio.

De duobus Magnis Poloniæ Cancellariis JOANNE, & ANDREA ZAMOSCIIS,

Juſſit amor Patriæ Faſces ſumpſiſſe Joannem,
Ponere at Andream juſſit amor Patriæ.

De Jisdem.

Janus ſumendo, ANDREAS ponendo ſecures,
Dici ambo Patriæ promeruere Patres.

JOSEPHO PRINCIPI CZARTORYSKIO Magn: Duc: Lithuaniæ Dapifero.

O Lux Sarmatiæ generoſi ſanguinis Hæres
Czartoryſkiadum vera propago Ducum,
Tu Charites ſalibus, Dodonæ oracula dictis,
Solis aves acie, fulgura mente præis;
Canities ſtupet ipſa Tuam mirata juventam,
Canitiemque animi cuncta juventa Tuam.
Sarmatis ora ſuum jactat tumefacta nepotem,
Atque ait è noſtro ſemine natus Hic eſt.

Ad Celſiſſimum Principem MICHAELEM CZARTORYSKI Supremum M·D. Lithuaniæ Cancellarium.

Miretur quisquis, quod, Princeps Magne, dicarim
Hæc Tibi de tenui carmina prompta penu,
Jdem

Jdem miretur tot in uno pectore dotes,
Quas ſuperi largâ contribuere manu,
Qui ſic privatis junxiſti publica Muſis,
Gaudeat ut ſimili binus honore labor.
Cumque alii alterutrum vix præſtent, ſemper at Uni
Exercere Tibi ludus utrumque fuit.
Dimidius mihi ſit, qui tantum maxima, ſed qui
Cum parvis tractat maxima, totus homo eſt.

Ad Eumdem.

SI Czartoriſki Tibi non cognomen ineſſet,
Doctrina poſſes Nobilis eſſe Tuâ.
Nunc inter ſeſe certant Doſtrina, Genusque,
Hoc plus adjiciat laudis, an illa Tibi.
Tu virtute Tuâ dirimis, quia Judice Famâ
Majus utrique addis, quam Tibi utrumque decus.

Ad Eumdem.

Ingenium, Doctrina, Genus, Prudentia, Virtus,
Hæc data ſunt paucis ſingula, cuncta Tibi.

De Villâ Novâ Ejusdem.

Linquere ſideream propera Saturnia ſedem,
Hîc tu ſidereâ ſede carere potes.

De Eadem.

Omnia Sarmatiæ Domus hæc Palatia vincit,
A Domino tantum vincitur Jpſa ſuo.

De Eadem.

Cœlicolæ Terris vellent ſi degere, ſola
Cœlicolis ſedes hæc habitanda foret.

Ad
STANISLAUM KONARSKI
De diviná ejus Ode.

DIcta Sion Vati vivit poſt buſta, vigetque,
Et viget, & nullâ eſt interitura die.
Deplorata Tibi, Konarſke, Polonia ſurgit
Altior, excidio creſcit & ipſa ſuo.

Ad Eumdem.

Quid memorem Hebræis exhauſta pericula priſcis!
Sarmata quid pejus, quod lacrymetur habet?
Miſcentur ferro cuncti, flammâque Penates,
Civis & eſt Civi præda cruenta ſuo.
Sternuntur validis ipſis cum mœnibus Urbes,
Jamque ſuum Templis non bene conſtat honos.
Jſta meis vellem tentare Konarſke Camœnis,
Sed non ingenii, nec ſatis oris adeſt.
Hæc Te cura manet, qui Romanoque Marone,
Atque potes Flacci doctius ore loqui.
Sume Tibi auratum Vatum celeberrime plectrum,
Et cane flebilibus Fata Polona modis.
Te cum Vate juvet Solymæo flere Konarſki,
Forſan & hæc Vatis forma canentis erat.

Ad

Ad Patrem BOZZOLUM
de Iliade Italice ab eo translatâ.

AUdiret dum Mæonius tua carmina Vates,
Queis lacrymoſa canis funera Trojugenûm,
Æacidæque gravem ſtomachum ſibi nata negantis
Jura, nihilque armis non tribuentis; ovans
Exiliit mirâ deceptus carminis arte,
Inflatoque ſovens gaudia multa ſinu,
En noſtram Jliadem transfert Areoſtius, inquit,
Me facit atque Italo grandius ore loqui.
Ut vero eſſe tuum cognovit, BOZZOLE, carmen,
BOZZOLE Pieridum, Lojolidumque decus,
Erubuit, falſuſque pari ſum carmine, dixit,
Gens, tuus at Vates, Itala, talis erat,

TRADUZIONE
dll' Ab. ALESSANDRO DE SANCTIS

SOnare Omero udì ne' tuoi concenti
Le crude morti lamentate in Ida,
E di Pelide altier L' ire nocenti,
Che al Dritto nulla, tutto all' armi fida.
Dalle tue ingannato arti poſſenti
S' inebriò di gaudio, ed ecco, grida,
Cantar fammi Arioſto in Toſchi accenti
Più grandemente, e con più chiara grida.
Quando poi ſeppe, ch'eran tue le note
Bozzoli o di Parnaſſo e vanto, e amore,
Diſſe tingendo di roſſor le gote,

Ma

Ma mirammo pur ben nel nostro errore,
Che il nome sol, non mi fur L' arti ignote
E tal fù certo, Italia, il tuo Cantore.

In Eamdem Iliadem.

Quis novus hic Cycnus nubes qui tendit in altas?
Mæonius simul est, Jtalus est & olor.
Vox, Areoste, tua est, tua res est omnis, Homere,
Bozzolio Laudem debet uterque suam.

Ad
RAYMUNDUM CUNICH

SI, RAYMUNDE, tuâ, quæ scripsimus, accipis aure,
Non timeam Invidiæ triste supercilium
Non per Castalias juro, RAYMUNDE Puellas,
Cæsariem juro nec per Apollineam,
Non jurata mihi Cælestia Numina testor,
Sidera non testor, mos ut erat Veterum,
Per Manes nec juro tui Geniumque Catulli,
Sed, RAYMUNDE, tuas juro per auriculas.

A Sua Eccza Rma
Monsig. DURINI Nunzio Aplico in Polonia
Nella sua partenza da Roma.
SONETTO
Dell' Ab. Giocchino Pizzi.

DElla Vistola in riva or Ti precede,
Saggio Signor, colla Bilancia Astrea,

Ele-

E lieta ogni Virtude affretta il piede
Del Tuo gran cuore a palesar L' idea.
Ma Arcadia mesta, che partir Ti vede,
E che del nobil Tuo plettro godea,
Per conforto del duol, che il sen le fiede,
Mille dolci speranze ordisce, e crea.
Quindi asclama; Ti appresta a fargli onore,
O Polonia Regal, che forse invano
Potresti richiamar così bell' ore,
Quando --- Ah parli in mia vece il Vaticano,
Parlino i sette Colli: e Tu, Signore,
T' avvezza al Genio del Destin Romano.

Ad Solem in pectore Divi THOMÆ, micantem.

JMmense in parvum cur Sol te contrahis orbem,
Pectoreque in modico luce brevis rutilas?
Anne magis THOMÆ juvat esse in pectore, Cœlo
Quàm vasto immensum mole micare tuà?
At non Sol minuis lucem; tibi crescit ab illo
Corde calor, crescit lumen ab ingenio.

In sua Tempora.

Aurea Saturni qui sæcula dixit, & ista
Ferrea damnavit, plumbeus ille fuit.
Aurea nunc ætas floret; nunc maximus auro
Est honor, & virtus vilior ipsa jacet.

Ad

Ad
CHRISTUM CRUCIFIXUM.

HEi mihi! quid video? cur non mea lumina condo,
Ne ſic languentem Te, Deus, aſpiciam?
Cur non erumpunt lacrymarum flumina; cur non
Mi dolor occludit impatiens animam?
Vivam ut iniquus ego, moreris, bone Chriſte, cruentæ
Tuque Cruci es fixus ne crucifigar ego.
Ah! crudelis ager, tribulos qui cultus acutos,
Spinea quique meo ſerta tuli Domino!
Durior & ferro ſum, ſaxis durior ipſis,
Ni tua Chriſte meis membra lavem lacrymis.
Da, meus in lacrymas ſanguis vertatur, & humor;
Ut vel ſic Tecum flens ego deficiam.

CHRISTUS CRUCIFIXUS LOQUITUR.

Occubui morti, poſſes ut vivere, vive
Ergo Mortalis, me moriente, mihi.

Ad ſe ipſum.

Tune Crucem refugis Chriſto Duce, & auſpice Chriſto,
Perque illum ærumnas, perque ſequi tribulos?
Anne putas per amoena locorum evadere ad eſtra?
Falleris ah! nimis: haud mollis ad aſtra via eſt.

Sermo Domini.

Aer, Terra. Fretum, ſylvæ, mons, ignis olympus.
Omnia tranſibunt, ſed mea verba manent.

In

In Hypocritam.

Dic mihi, cum Tibi ſit Chriſtus tam multus in ore,
Cur vitâ Chriſtum flagitioſe negas?

Temperandum Linguæ.

Nobile lingua bonum, quæ fari in tempore novit;
At quæ non novit, nobile lingua malum.

In ſuperbum.

Omnis homo nihil eſt, aliquid qui ſe putat eſſe;
Eſt aliquid quiſquis ſe putat eſſe nihil.

Intemperantia.

Poſt epulas, luxumque gulæ, fæcundaque Bacchi
Pocula, ferveſcit Ventris amica Venus.

Virtus.

Numinis eſt donum Virtus, facit una beatos,
Una facit ſummos vivere poſt cineres.

Patientia.

Quos amat, ærumnis Deus uſque exercet; at illis
Lætior exhauſto palma labore venit.

Non, ſi multi errant, errandum.

Errantum numero rectum poſtponere noli;
Si ſapis, inſiſtes ſemper honeſta ſequi.

Noli altum ſapere.

Indagare Dei ſecreta modeſtus abhorre;
Illa ſed in pretio, quæ' patefecit, habe.

Sequitur pede poena claudo.

Tardior ira Dei, & lento vix cognita paſſu
Ultori inſequitur crimina noſtra pede.

Ordo Iustitiæ.

Quod justum, atque decens propriæ præpone saluti;
Jura Deo reddas, debita dein Patriæ.

Fortitudo.

Haud satis est nulli sese præbere nocentem,
Aude etiam contra fortiter ire malos.

Se ipsum vincere.

Affectus superare animi, victoria summa est,
Hoc est vere hostes edomuisse suos.

Servandos esse Pios Ritus.

Si scelus est temere patrias invertere leges,
Ecquid erit, ritus tollere velle pios?

Beneplacito Dei ad mortem usque obsequendum.

Sive mori me, Christe, jubes, seu vivere mavis,
Dulce mihi tecum vivere, dulce mori.

Estote fortes in Fide.

Naufragium Fidei quisquis facit, ille salutis
Spe cadit, & tragico fine perire solet.

Maria Virgo.

Quæ sum dena quater per sæcula nata Puella,
Sæclorum genui non temerata Patrem.

Ad Eamdem.

Quid non, Virgo, potes summi Regina Tonantis?
Jmperio regitur, qui regit astra, tuo.

De Eâdem.

Virginis ad faciem, Mortales, sistite gressus;
Nonne salutanda est, quâ fuit orta salus?

Lam-

Lampas.

Dum vivo, absumor, qui vult me exinguere, servat;
Dat mihi vita obitum, salvat & interitus.

Nix.

Me genitrix peperit, sed mox ea gignitur a me;
Mirandum! matrem filia progenerat.

Rex.

Rex es? disce jugo Virtutis subdere collum;
Publicus est servus, qui bene sceptra gerit.

Lex.

Lex sine Rege jacet, nec Rex sine Lege probatur;
Jungantur, populi grex ita salvus erit.

Pasquinus Romanus.

Pasquinus Romæ Censor sine voce revelat
Abdita; quis saxo pectus inesse neget?

Secretum inter tres non datur.

Quæ duo noverunt, possunt secreta manere;
Quæ tres, non possunt non feri in ora virûm.

Ad novum sponsum.

Si cupis uxorem fidam, castam, atque pudicam,
Sis vere ipse bonus, talis & uxor erit.
Dum fuit Atrides unâ contentus, & illa
Casta fuit; vitio est improba facta Viri.

De Apolline.

Lassus Daphnæo recubat dum tegmine Phæbus,
Daphnæa in nitidum bacca caput cecidit.
Cui postquam in stantem torsisset lumina truncum,
Frondea Nympha, inquit, bella paras iterum?

De Sancto Hyacintho.

QUis florem e nivibus, gelido quis ab axe calores,
Rerumque inversas vidit abire vices?
Aspice Sarmatiæ ut gelidis Hyacinthus ab oris
Vernet odoratis suave rubens foliis.
Hic latus omne Orbis jucundo afflavit odore,
Divino hic rigidos ussit amore animos.
Ne stupeas, Natura, Deus velit, Auster ab Ursâ
Scilicet, atque Oriens surget ab Hesperiis.

In ILLA VERBA D. PAULI ad THIMOT: Utere modico vino &c.

Non eget exiguo tuus Assecla, PAULE, falerno;
Nectar ab ore tuo sumit, & ambrosiam.

In Conversionem D. PAULI.

Cecidit in terram.

In terram præceps ruis unus PAULE, sed Orbem
Tecum omnem, cum tu surgis, ad Astra trahis.

In Eamdem.

Jsacidum cecidit Paulo Lex prisca cadente;
Surgente at surgit Lex nova Christiadum.

Apertis oculis nihil videbat.

Felix caligo texit tua lumina, PAULE;
Nam lucem cœcis illa dedit populis.

Con-

Concelebrare tuum nunc desine, Græcia, Lynceum;
Cœcus enim Lynceo plus videt iste tuo.

Ecclesiam persequitur.

Saule, quid in sanctam Christi ruis, impie, Sponsam?
Mater erit, quam tu nunc petis ense, tua.
Ergo tuam ferro dum vis mactare Parentem,
Ante ortum mactas te ferus ipse tuum.

Aliud.

Saule, piam exagitas flammato pectore gentem,
Expedis atque minas, expedis atque neces.
Quid meruere Pii? nescis, Saule effere, nescis,
Quam frustra in Christum sit tuus iste furor.
Pone feros animos, atque exue cædis amorem,
Christo subdendum est nam tibi, Saule, caput.
Excipe nunc fibris, toto quem pellis ab orbe,
Quem modo persequier ausus es, hunc sequere.

In Sanctum Stanislaum.

SArmaticus turpi conflagrat amore Tyrannus,
Et scelerum faciem fertur in omnigenam.
Non pateris fœdos, castissime Præsul, amores,
Ore acri incæstos arguis & thalamos.
Herodem fecit te, Boleslae, libido,
Sed te Joannem, Stanesilae, Pudor.

In Eumdem.

Sisteris injusti dum Principis ante Tribunal,
Nemo tibi testis, nemo patronus adest.
Quo tu cumque gemens vertis tua lumina, Præsul,
Des-

Desertam mœsto conspicis ore fidem.
Tunc totâ ridente aulâ, ridente Tyranno,
Invitâ spondes sistere morte Petrum.
Nec mora, sacrilegum petit Umbra patrona Tribunal,
Et facit haud dubiam, Rege fremente, fidem.
Ergo reum fieri, cum Rex sine teste putaret;
Confusus Tumulo teste fit ipse reus.
In putei, ut perhibent, sundo verum ante latebat,
Ast illud Tumuli nunc penetrale tenet.

In Eundem.

Jusserat obscœni rabies vesana Tyranni,
Dive, tua obscœnis spargere membra feris.
At circum volitans velox Regina volucrum
Jejunas rostro pellit & ungue feras.
Esse cupit sceleris consors, Rex impie, tanti
Nec fera, participes nec sinit esse feras,

Roma nova

Terrarum sum Roma caput, lambitque meorum
Pontificum sacros Orbis uterque pedes.
Me magis attollit Pietas, quam Martia virtus,
Hæc Homines nobis protulit, Jlla Deos.

Ad Græciam.

Urbibus eversis, & versis Græcia fatis
Es quoque, cum nihil es, maxima Mæonide.

De Homero.

Hic novus Amphion visus qui mœnia Trojæ
Diruta Apollineis restituisse sonis;

Mæo-

Mæoniis ſiquidem cladem ſic verſibus ornat,
Ut redivivam urbem ſic rediiſſe putes.

De Virgilio

Magnæ molis opus Romanam condere Gentem,
Magnum opus atque Duces vincere tot Latios;
Tot latios ceciniſſe Duces, grandique cothurno
Romanam Gentem pangere, majus opus.

De Ovidio.

Abſtulerit Tybrim Cœſar, collesque Latinos,
Non Hyppocrenen non Helicona neget:
Nam dum Muſa favet, Tanais pro flumine ſacro,
Naſo, Tibi eſt, Scythicus Caucaſus eſt Helicon.

Ad Horatium.

Eſſet ne ſolus Lyricum qui verberet aurum
Pollice facundo Pindarus, ipſe facis.

Ad Sappho,

Parcite Caſtalides, quæ veſtro eſt purpura vultu,
Quæ veſtro gemma eſt pectore, Sappho dedit.

De Horologio.

Huccine mortalis ſolers audacia crevit?
Metiri tractus edidicit ſuperos:

per-

Perpetuos Cœli metitur machina curſus
Ars ita cœleſtes eſt imitata plagas;
Certaque ſignificat tinnitu tempora certo,
Dum rota quæque ſuo volvitur orbiculo.
Quid natura tuos oſtentas ætheris orbes,
Ars habet orbe ſuum ſi breviore diem?

In Gravitatem affectatam.

Seria non gravitas eſt ſe jactare Catonem,
Serius ille Cato, qui ſine Teſte Cato eſt.

De Jnvidia.

Non eſt Jnvidia magis execrabile monſtrum;
Hoc tamen uſque boni peſſima peſtis habet,
Ultrix ipſa ſui eſt, ſeſeque ulciſcitur ipſam,
Pœna nec Jnvidiæ triſtior Jnvidia eſt.

De Vetulâ deſponſatâ.

Ære gravis, ſenioque gravis tibi ducitur Uxor;
Utilis eſt tumulo, futilis eſt thalamo.

In Medicaſtrum.

Dum queror indigno mea membra horreſcere morbo
E' medicis Aſinus, falleris, unus ajt,

Nimi-

Nimirum mentis caligans lumen hebeſcit,
Hoc caliganti lumine vana paves;
Nunc, inquam, agnoſco mihi lumen hebeſcere mentis,
Artis enim Medicæ tu mihi primus eras.

Jocus Medici.

Dum quidam Medicus Meretricem inviſeret ægram
Obſcœna viſus ſede referre pedem.
Tunc ajt occurrens illis mirantibus, ædem
Talem Socraticum poſſe ſubire ſenem.
Poſtribulo eripui Regem: ſcitantibus, Ecquem?
Jlle Ludovicum protinus exhibuit.

In Atardum Pædagogum.

Ne dolor evertat cerebrum tibi Atarde vereris;
Sed ſi te noſſes, quod metuis cuperes.
Quæcumque evertet cerebrum tibi cauſa juvabit,
Nam tibi ſic rectum conſtituet cerebrum.

Pixis Nautica,

Quo jacet ora ſitu doceo, rego vela per altum,
Jmplorant noſtram lubrica, fixa fidem

DE AMELIA DE BRUHL
COMITISSA DE MNISZECH.

Ante novem Muſæ, nunc ſunt bis quinque Camænæ,
Se Decimam fecit nempe Amelia Deam.

IN NUPTIAS ESMANASI & THERESÆ.

Eſmanaſe, tibi dum nubit pulchra Thereſa,
Inque tuos defert vincula ſacra toros,
Clamat Hymen conjungere amans deformia pulchris,
En iterum nubit Cypria Mulcibero.

Jn Eaſdem.

Thereſam Eſmanaſus duxit pice nigrior atrâ
Eſmanaſus, barris nigrior atque nigris,
Thereſam pætis oculis, floremque Juventæ,
Thereſam niveo candidam olore magis;
Cujus ab ore fluunt Chariteſque, ſaleſque, jocique,
Blanditiæ, Veneres, nectar, & Ambroſia.
Quæ ſi mellitos ſua ſpicula vibret ocellos,
Vivere te rurſum cogat & ipſa mori.
Tam pulchram tam deformi nupſiſſe marito
Nonne hoc eſt porcis tradere margaritas?



HENDECASYLLABA.

IN NUPTIAS ESMANASI & THERESAE.

Esmanase, tibi dum nubit pulchra Theresa,
Inque tuos defert vincula [illegible] toros,
Clamat Hymen conjungere amans deformia pulchris,
En iterum nubit Cypria Mulcibero.

In Easdem.

Theresam [illegible]
Esmanasus, baccis nigrior atque nigris,
Theresam paetis oculis, floreque Juventae,
Theresam niveam [illegible] ebore magis,
Cujus ab ore fluunt [illegible] salesque, jocique,
Blanditiae, Veneres, [illegible], & Ambrosia,
Quae si melleos huc [illegible] vibrat ocellos,
Vivere te rursum cogat & ipsa mori.
Tam pulchram sibi [illegible] nuptiali marito
Nonne hoc est porcis sternere margaritas?



In Villam
DOMINI BAJULIVI DE BLACAS
MELITÆ.

SUis Alcinous ſuperbit hortis,
Parens atque Epicurus ille luxus,
Et qui Regibus ortus eſt Etruſcis,
Et Verdala ſuis ſuperbit hortis:
Blacaſi tamen hortus inter hortos
Omnes eminet, ut minora Proles
Latonæ micat inter Aſtra Phœbe.
Auſtrum Villa jacet nec ad frementem,
Nec herbas Aquilo ſonorus afflat
Jmmiti ſtrepitu, atque peſtilenti;
Sed viget reſerata vis Favoni,
Atque hortum genitalis aura lambit.
Attollit caput heic Domus venuſta
Monſtrans munditiem Viro decoram:
Abeſt hinc Cynici petulca ſordes,
Abeſt luxuries proterva Cyri;

Quia

Quin pomaria delicata, quin et
Quæ bellaria fertilis miniſtrat
Humus, ſic oculos tenent videntum,
Ut Argi fieri velint videntes,
Odoresque ita proferunt ſuaves,
Sint odoribus æmuli ut Sabæis.
Roſas, lilia, tulipas, crocosque,
Narciſſos, violas amœna florum
Progignit Genitrix, verenda falce
Pomona & ceraſos, pyrosque ſervat,
Et ficus biferas, rubrasque moros,
Prunas lividulas, amygdalasque,
Et cotonea poma, tum pepones,
Mala & perſica, punica atque mala,
Draconi & vigilata poma, citros,
Mauræ progeniem decusque ſylvæ,
Uvas vinea quasque læta profert,
Molles aſparagos, tenellulasque
Lactucas, inulas, cichoreasque,
Fungos haud dubios, levesque malvas,
Caules frigore, tum calore caules
Gaudentes, ſapidas acore rapas,
Intortum cucumin, cucurbitasque
Prægnantes, varias colore betas
Et magnas cinarasque, carduosque,
Et multa id generis, Blacaſianus
Hortus quæ tribuit frequens Amicis.
Hic cum torrida ſævit, ardet æſtas,

Saxo-

Saxosos Melitæ & perurit agros,
Primi tempora veris hîc videntur,
Nec usquam sibi morus implicata
BLACASI ingenio, arteque Hortulani haud
Permittit penetrare tela Phœbi.
Hic Blacasius urbicasque partes
Cordatus fugit, atque factiones;
Atque inter Dryades vacat papyris
Amicis comitatus usque, dignus
Qui tractet Melitæ sagax habenas,
Fugit qui Melitæ sagax habenas.

Ad

RAYMUNDUM CUNICH.

JNeptus fero noctuas Athenas,
Et poma Alcinoo, Midæque gemmas,
Qui tibi lepidissimo Poetæ,
CUNICHI venerande, mitto versus,
Quamvis nec lepidos, nec elegantes,
Atque omni sale, gratiâque nudos;
Sed ne rusticulus nimis Poeta, et
Jngratus videar, tibi has repente
Nugas illepidas, & inficetas
Scripsi pessimus optimo Poetæ,

Ut

Ut nostri monumenta sint amoris,
Erit qui penitis mihi in medullis
Fixus, Sarmatiam licet nivalem
Petam, seu Tanaim bibam remotus;
Memor semper ubique, & usque suavis
Tuique hospitii, tuique amoris,
Semper te reminiscar, atque semper
Camœnasque tuas, tuasque Laudes
Dum vivam celebrare me juvabit,

Ad

Joannem Antonium Ciantar.

SAlve Pietas sacraque Musa Ciantaræi;
Te non Helicon edidit, aut gemella Rupes,
Et si quid adhuc Fabula dat vetus Poetis;
Sed Cœlifero vertice mons sacer Sionis.
Non Pegaseis labra rigas canora rivis,
Sed poscis aquæ munera fonte de perenni,
Unde ætherio pectora perpluuntur imbri,
Pignusque Poli mens bibit entheos furores.
Si Relligio maxima magna laus Poetæ,
Quid majus erit dicere Vate Christiano?
Nam res Pietas quaslibet erudita vincit,
Res nulla piâ rarior eruditione est.

EX-

EXCEL: DNO ANGELO Archiepiſcopo
DURINI
ALEXANDER DE SANCTIS

CUm pulſat citharam DURINUS auream,
Quâ novos elegos docet ſtupentem
Umbram Callimachi arrigentis aures;
Jlle & dulcior eſt favis Hymetti,
Guttâ & mollior irrigante conchas,
Jlle eſt flumine plenior refuſo,
Jlle eſt murmure fortior potenti,
Seu quo Lydia navitas retardat,
Seu quo Theſſala Cynthiam fatigat,
Seu quo Phaſias Æſoni peremptas
Vires recreat & novam juventam.
Nec vero Herculeum tenaciora
Vincla unquam potuit ligare robur;
Quales illum animi revinciendi
Aureas nectere ſentiunt catenas,
Cum pulſat citharam; ſonumque fundit
Vox auras remorans, citoſque ventos,
Vox potens tumidos domare fluctus,
Et Scyllæ rabiem, & Charybdis iras.
Jlli hanc dulciſoni invident olores,
Jlli hanc invidet ipſe Apollo; quâ ſi
Certaſſet Satyrus, modo ille, ſummos

LIl Dire-

Direptus trepidam cutem per artus,
Non anxie properans pavente Lymphâ
Jret per Phrygiam liquatus amnis.
O cur ad citharæ modos potentis
Non dant fata iterum benigna, murus
Ut Draconigenæ resurgat urbis!
Dircæos veluti movente nervos
Quondam Amphione, cerneremus altis,
Cum pulsat citharam DURINUS auream,
Avulsa e scopulis venire saxa,
Et sponte aerias coire in arces.
Vives perpetuos, Elisa, in annos,
Nec cern s Erebi chaos profundi,
Quam sibi petit adjici beatam
Stellarum chorus altiori Olympo.
Sed si te cupidis premens lacertis
Jmprobi raperet libido Ditis;
Rapta ne metuas Elisa; tantum
Si pulset citharam DURINUS auream,
Videbunt stygii lacus stupentem
Villis anguineum Canem remissis,
Plusquam cum tenuit revincta centum
Colla viperea Herculis catenis,
Desibuntque Erebi domus, vagæque
Umbræ tergemino obstrepi larratu,
Ceu cum somniferam voravit offam,
Et toto jacuit supinus antro.

Ad

Ad
ALEXANDRI DE SANCTIS
Hendecasyllabum Responsio.

DUm tollit tua me Thalia Cœlo,
Tollo & ipse animos, & intumesco,
Js sim nescius ante qui fuissem,
An mutatus in alterum repente.
Sed cum ad me refero vagos ocellos,
Et totum tueor vagis ocellis,
Tum vero videor mihi subinde
Totus ipsemet ante qui fuissem,
Succurritque simul tuam Thaliam
Ex illo esse choro Novem Sororum,
Quo nil vanius est, nec esse possit.
Jlle Gorgoneis comis capillos,
Et Scyllæ inguinibus canes furentes
Miscuit, dedit ille Dædaloque
Perseoque viam vagas per auras,
Et mille Encelado manus, Canique
Latratus stygio per ora terna:
Quæ si vera putas, nihil recuso,
Quin de me pariter tuæ Thaliæ
Credas; sin Chorus ille fabulator
Angues Gorgoneos, canesque Scyllæ,
Dædalique vias, viasque Persei,

Et tot Enceladi manus, tot ora
Cerberi canit uſque & uſque falſo;
Huic licet numero adde fabularum,
Quæ jocoſa quidem, ſed hercle docta
Jocoſe cecinit, ſed eleganter
De noſtris tua laudibus Thalia.
Tu quodcumque tamen volens ſequare,
Jpſe ſum mihi conſcius quid æquum
Sit dare fidei Tuæ Thaliæ:
Tum ſim totus in alterum novatus,
Tam ſim diſſimilis mei futurus,
Quam tu perſimilis tuo Catullo.

Ad

Patrem de la Madeleine

Mathematicum Jnſignem.

GAude, ſi ſapis, o DURINE, gaude!
Gaude! verum etiam procax triumpha.
Mellitarum honor ille Galliarum,
Splendor Loyolidæ Sodalitatis,
Euclides novus ille, cui verendos
Natura omniparens ſinus recluſit,
Qui ſolers cupiduſque veri amator
Vias difficiles, reconditoſque
Perluſtrat catus Algebræ receſſus,
Quique & nobilibus profunda Alumnis

Eucli-

Euclidis documenta circinantis
Demoſtrat radio haud volente falli,
Mellitarum honor ille Galliarum,
Splendor Loyolidæ Sodalitatis,
Tuos verſiculos ad aſtra tollit,
Quos in tardum Aſinum, DURINE, ludis
Metris luxurians Catullianis,
Aut ſalſis Epigrammaton figuris.
Quare ſi ſapis, o DURINE, gaude!
Gaude, atque ancipitem procul timorem
Diſpelle, & cape jam tui laboris
Fructum, quod decus eloquentiorum
Atque idem Latii arbiter leporis
Tuas & probat & juvat Camœnas;
Nec tantum probat & juvat, ſed illas
Linguâ diſpare, ſed decentiore
Donavit chlamyde, exterâque zonâ
Dii magni! aureolâ, venuſtulâque.
Ergo ſi ſapis, o DURINE, gaude!
Gaude, verum etiam procax triumpha!
Quod notus jam apud exteros diſertis
Doctorum manibus diu terere,
Et curres Equitum ſacras per ædes
Viri ſubſidio, DURINE, tanti.
An non invideat tibi Catullus,
Paucis vix bene cognitus Catullus?
Certe ille invidet, & miſer dolebit
Madlenum ſibi defuiſſe amicum.

Hoc

Hoc te carmine ſed rudi ſalutat,
Et grates meritas memor rependit
DURINUS, tuus eſſe qui peroptat,
Quousque æthereâ fruetur aurâ.

In Mortem
ANTONII COMITIS ORIGO
PATRITII MEDIOLANENSIS
POETÆ EXIMII
Ad
ALEXANDRUM DE SANCTIS.

MOlles Hendecaſyllabi valete,
Nempe amoribus, & jocis vacatis.
At vos huc celeres truces Jambi
Ultores ſceleris gradu citato,
Vos Parcam jugulate, quæ Sororum
Novem delicias peremit: huc vos
Huc paſſis miſerabiles capillis
Advolate Deæ Novem Sorores,
Vos blandæ Veneres, Cupidinesque,
Vos quoque & Charites venuſtiores
Lugete, & lacrymis rigate vultus.
Veſter mortuus eſt Origus ille
Veſtri deliciæ decusque Montis,

Qui

Qui vos toto animo peribat olim,
Quem vos toto animo magis periſtis.
Nullo funere plus cruenta Parca
Admiſit ſceleris, Viro perempto,
Quo vix ſuavior eſt, eritque quisquam,
Quo vix doctior eſt, eritque quisquam.
Tu vero, rogo, Sancti, quem Camœnæ
Amant, carmine ſeu libet Latino,
Seu Thuſco libet, huic Viro parenta,
Muſarum huic celebri, pioque Myſtæ,
DURINI huic veteri, pioque amico;
Tu luge hunc, Pater elegantiarum,
Tu qui floſculus es peritiorum.

Ad Sodales.

BIbamus, teneri mei Sodales,
Bibamus vitreis merum culullis;
Reclament tetrici licet Catones,
Reclamentque ſenes licet moleſti,
Bibamus tamen uſque, & uſque, & uſque.
Bibamus vitreis merum culullis.
O jucunde liquor Deûm voluptas,
O Lenææ Pater comes jocorum
Huc ornate levi caput corollâ,
Huc armate ſcypho manum potenti
Adſis ſæpe, precor, tuoque ſæpe
Noſtrum fac tepeat calore pectus.
Eja pone manu, Puer, nitenti

Ter-

Terna pocula, dein novena pone,
Dein ponendo modum teneto nullum,
Et bibendo modum tenebo nullum.
Sic curæ fugiunt, molestiæque,
Sic magnis videor Midarum acervis,
Longe ditior Attalique censu.
Ergo, ergo, o socii, ad scyphos volemus.
Hinc procul steriles valete curæ!
Hinc procul sterilis vale Minerva!
Meos nescio quid meat per artus;
Jam mens insolito tumet furore,
Jam mi sævus incubat Lyæus;
Ergo, ergo, o socii, ad scyphos volemus.
Huc vos, o tetrici, voco, Sophistæ,
Vos, inquam, o tetrici, voco, Sophistæ,
Qui noctem teritis, diemque totam
Volvendo veteres manu libellos;
Non sic, credite, comparatur illud,
Quod tanto petitis labore verum,
Fictas mittite somniationes;
Eja nectareo madete vino,
Exhaurite scyphos, vorate totum;
Totum si liceat, vorate Bacchum:
Sic sic, credite, comparatur illud,
Quod tanto petitis labore verum.
Terram perpetuo rotare motu
Si quis pernegat, o boni Sophistæ,
Sumat millia multa poculorum,

Post

Postque millia multa poculorum
Terram perpetuo rotare motu,
Seque cum volucri rotare Terrâ
Certus asseret, o boni Sophistæ.

Ad
ANTONIUM CIANTAR.

ANtiquitatem pervagatus intimam,
Suæque vindex Patriæ CIANTARIUS,
Quæcumque prisca subministrant sæcula
Famæ perennis, inclytique nominis
(Videte Gentes & favete posteræ)
Æternus ipse sic futurus Patriæ
Æternitati consecravit tempora.

Ad Eumdem.

TAndem, CIANTAR amice, quæso, profer
Annales Patriæ tuæ vetustos,
Quos Phoebus Pater, & Novem Sorores
Dictavere tibi, labore multo
Dum volvis Veterum aureos libellos.
Clausos jam pluteos, precor, resigna,
Doctas pande fores, unde inde claram
Jn lucem veniant tui labores,
Æternumque tibi ferant honorem.
Non est, quod metuas maligna Atardi
De te judicia; ista namque oportet
Flocci pendere, sat sit eruditis
Tuas ingeniis placere chartas.

Ad Eumdem.

A Te carminibus, Comes, disertis
Laudatus, tibi cum vicem laboro
Dignis reddere laudibus, Camænas
Ut meo faveant precor labori;
Cum de me tibi falsa prædicanti
Tam promptæ fuerint, tuisque pronæ
Votis, nunc mihi vera cogitanti
De te scribere, præbeant amicas
Sese: ne faveant mali Poetæ
Falsis laudibus, optimum Poetam
Cani Versiculis sinant ineptis.
Sic orans precibus meis futuras
Camoenas faciles putavi: at Jllæ
Spectant carmina quis Poeta condat,
Non quem carmina prædicent Poetam.

Ad ALEXANDRUM De SANCTIS Æquicolam de ejus in Christi Domini Obitum ELEGIA.

HInc discedite blanduli Catulli,
Hinc discedite comptuli Tibulli,
Nasones procul, & procul Propertii,
Et si qui numeros cient prophanos;
Effinguntque modos parum pudicos;
Jocosi mihi displicent Poetæ

Jsto

Jſto tempore macerationis,
Ægritudinis, atque lacrymarum.
At vos Æquicolæ venite Vatis
Pleni mellis, & elegantiarum
Verſus Æquicolæ ſacri Poetæ,
Qui gravi pede ſacra Chriſtiana,
Jngentemque canit Crucis triumphum
Mellitiſſimus omnium Poeta
Argumenta Deo petens ab ipſo;
Qui dulcedine non ſtyli Catullo,
Non dulcedine carminis Tibullo,
Naſoni neque cedit, aut Propertio.
Quare o Æquicolæ venite Vatis
Pleni mellis, & elegantiarum
Verſus Æquicolæ ſacri Poetæ;
Vos iſtis relego lubens diebus,
Jſto tempore macerationis,
Ægritudinis, atque lacrymarum.

AD
PUERUM JESUM.

SOle o clarior, ætheriſque ocellis,
Auro carior, Jndiciſque gemmis,
Jn Te mens inhiat, tuoſque vultus
Ardet cor ſitiens meum tueri:
O ſi viſceribus meis lateres,
O ſi me miſerum ſemel beares

Nunquam Te paterer meis medullis,
Nunquam viſceribus meis revelli;
Tum vero mihi clarus æſtimetur
Sol obſcurior, ætheriſque ocelli,
Aurum vilius, Indicæque gemmæ.

MORS CHRISTI.

DUm CHRISTUS Crucis oppetit cruentam
Mortem, dumque animam Patri litavit,
O lux horribilis! dies ſtupenda!
Stinxit Sol radios dolore, ſenſit
Axis & tenebras uterque; Tellus
Jcta horrore tremit, tremuntque montes,
Franguntur lapides, moventur imis
Saxa ſedibus, exeunt ſepulchris
Quin & corpora multa mortuorum,
Cælum inhorruit; Angeli paveſcunt,
Totus denique contremiſcit Orcus,
Sicco lumine tu tamen vides hæc
Dure homuncio; congemiſce tandem,
Luge, contreme, ferreumque pectus
Contunde, & lacrymas ciere tenta.
Ni ſis Durior Alpibus nivoſis,
Vel Cadaveribus ſtupore major,
Orco denique ſævior nefando.

Jn LIGNUM CRUCIS.

O Felix nimis o beate ſtipes,
Unde noſtra ſalus, redemptioque,

Unde Mundi Opifex DEUS pependit,
O felix nimis o beate ſtipes!
Jn tot millia partium reciſe,
Quem totus recolens adorat orbis,
Tui quantulacumque noſtra pars ſit,
Te totam ut veneror Crucem colendam,
Amplexuque libet tuo potiri,
Atque udo ſimul ore ſuaviari
Te præter nihil eſt amore dignum.

In vehementiſſimos Inſulæ Melitæ Calores In Julio, atque Auguſto.

Jſto ſub rabido Leonis aſtro,
Jſtis ſub Canis aridis diebus
Quid prodeſt mihi fronde ſub virenti,
Quid prodeſt mihi fonte ſub ſtrepenti
Precari Zephyros benigniores,
Atque auras petiiſſe denegatas?
Umbræ, gramina, rivus, antra, fontes
Æſtus omnia ſunt, calorque ad imas
Terrarum penetravit uſque venas.
Si nocte egredior cubili, ut ipſis
Delibem tenebris vagosque rores,
Atque auras ſimul, algidosque ventos;
Non rores veniunt Polo, ſed ignes,
Non auras revomunt Poli, ſed æſtus.

Quo

Quo me ſurripiam miſer ? quies me
Jam me deſeruit, ſoporque abivit;
Jpſis in thalamis, thoroque in ipſo
Æthnæas Faber urit officinas,
Uſto in pectore ſpiritus labaſcit,
Jgnita eſt mihi lingua, corque, & ipſa
Fervent viſcera; proh miſelle, quæ me
Quæ me ſurripiet dies ? quadrigas
An rurſus movet igneas quadrigas
An puer Clymenejus ? quid o quid,
Quid iſtis furioſius diebus ?
Quid iſtis rabioſius diebus ?

In Hyemem Polonam DIRÆ.

CUr non triſtis Hyems abis ſub imas
Terrarum latebras, caputque condis
Horrendum nimis, obſitosque crines
Letali glacie, graves pruinis?
Veri cede locum, ſugam capeſſe,
Heu crudelis Hyems quid immoraris
Damnari Phlegethonte ſub profundo?
Tu Vatem horridulum vetas lutoſis
Muris Varſaviæ extuliſſe greſſus,
Et clauſum aſſiduos tenes ad ignes.
Per campos raperer, vias vorarem
Sparſas undique villulas obirem

Fre-

Frequens Pegaſeo ocyor volatu.
Quid crudelis Hyems tibi imprecabor?
Cum mî lætitias tot, atra, demas.
Te Rex Tartareæ tremendus aulæ
Clauſam Tartareis premat ſub antris,
Dematque Jmperium regentis anni,
Ac totis facibus bene uſtulatam
Semper verberibus novis gementem
Cum riſu Eumenides truces retundant.

Ad
STANISLAUM KONARSKI.

CUr te carmine diſtraham KONARSKI
Tam inſulſo, inlepido, atque multiformi,
Quæres, Staneſilae magne, forſan.
Senſi Numine percitum calorem,
Et vates videor repente factus,
Ex quo contigit aureum libellum
Tuum perlegere: ergo Muſa geſtit
Ad te pergere, verſibusque tentat
Si poſſit meritas referre grates
Pro tam nobili, & aureo libello.
Ergo candida perge Muſa, doctos
KONARSKI celebres pios penates,
Jllum inter choreas Novem Sororum
Cinctum Apollineâ caput coronâ
Cantantem invenies: colenda primum
Tibi hæc Numina, dein puſilla ſurge,

Et

Et quoscumque potes profunde verſus.
Noſtræ non opis eſt referre dignas
Phœbo, Caſtaliis, t bique grates,
KONARSKI optime : tu tamen merentem
Ne fac flocci animum lubensque ſume
Grato ab Hoſpite, grata quæ Poetis
Sunt munuſcula, ſume quos reponit
Verſus inlepidos, atque inelegantes,
Non jam Pindaricos modos, quibus Te
Extremos maris evagata fines
Dudum fama volans ad aſtra vexit,
Et queis victa jacet ſuperba Roma
De cunctis ſpolium ferens Poetis ;
Sed quos Hendecaſyllabos DURINUS,
DURINUS tuus audet experiri
Dum ſalvere jubet Tuas Camœnas,
Et quamquam inlepidi, atque inelegantes,
Si Tu exceperis æquiore vultu,
Auſim me in numerum referre Vatum.

In
ATARDUM PÆDAGOGUM.

CArmen ridiculo canamus ore
Bardum in Grammaticæ ſcholæ Magiſtrum,
OEſtro qui Arcadico furens ſacratum
Auſus ſcilicet innocentis hymnum
Vatis carpere contumelioſus.
Non jam Atardus adeſt, abit, receſſit;

Igno-

Jgnoſco tibi, Atarde, jam redito;
Sed fruſtra voco; percitus furore
Infelix rapitur, ſonant flagella,
Dat pœnas ſceleris, Megæra cædit,
Ardentesque faces in ora quaſſat,
En nudus ſine pelle jam redivit.
Sed cur auriculas habes Aſelli?
Quod monſtrum video inſuper biforme?
Dic, quo Marſyam agis, Midamque fato?
Noſtras, at memini, ſacras Camœnas
Injuſte laceras nihil merentes.
Quicquam tale; cave miſer laceſſas
Chrysaurum Aonidum decus Sororum,
Inſaniſſe ſemel ſatis ſuperque eſt;
Ni ſtrictam cohibent lupata linguam,
Quod reſtat corii, miſelle, perdes.

Jn Eumdem.

SOlum te facis inter eruditos,
Solum te facis inter & Poetas,
Et Mathemata poſſidere ſolum,
Solum Neutonis & latentiores
Senſus mente videre perſpicaci,
Solum denique noſcitare cunctas
Artes; quarum alios facis inſcientes,
Jdque ut credula turba ſuſpicetur
Procuras nimis anxie & moleſte:
At quanto magis enitere nomen

Tuum percupis, & latere noſtrum,
Tanto te magis invidere nobis,
Tanto teque magis probas Aſellum.

De Eodem.

Ad
JACOBUM COROGNA, ALOYSIUM FABRI, ALEXANDRUM DE SANCTIS

Muſarum ocellos.

QUidam, ſi ſuperis placet, ſolœcum
Noſtro in carmine dicitur notaſſe:
Næ! multum mihi labier videtur,
Quiſquis tam furere impudenter audet
Jſtâ cum ſtupidâ ſuâ Minervâ.
Si quod tu Aonidum decus Sororum,
Æternum & Melitæ decus Corogna,
Conſultiſſime tuque Myſta Juris
Mi Fabri, & Latiæ medulla Suadæ,
Si quod denique, delicate Sancti
Tu, cujus lepido fluens ab ore
Dulci nectare dulcior loquela
Non ipſi Aonidum invidet loquelæ,
Vos omnes legitis libenter, ille
Carpendum id reputat protervus unum;
Naris nil moror hunc, amici, obeſæ,
Cui ſunt deliciæ, merique amores
Bardi Grammatici, & graves Calepi, Et

Et ſi qui fuerint ineptiores,
Quorum carmina nec legunt cacantes,
His ſe tergere qui ſolent cacantes.
Hunc vellem nihilominus miſellum,
Hunc vellem admonitum malum Sophiſten,
Ultra ne vitiet meas Camænas
Jſtâ cum ſtupidâ ſuâ Minervâ,
Ni vult in ſe acui cruenta tela,
Sunt uſi quibus Hipponax, & ille
Qui quondam ad laqueum impulit Lycamben.

Jn Eumdem.

TE, Atarde, an ferula efficit ſuperbum
Ut nomen tibi ſtultus eruditi
Sumas? falleris, impudens Atarde,
Habet non ferula eruditionem;
Rudentem ſcio, non ſcio eruditum.

Jn Eumdem.

PSaphon nominis improbus amator,
Dum quærit ſibi comparare famam,
Monſtrari & digito perambulantum,
Utebatur, Atarde, perſpicaci
Hac fallacia: aves domi educatas
Jd proferre, Pſaphon DEUS, docebat
Multâ ſedulitate curioſus.
Emiſſæ ergo cavis aves feneſtris,
Jntra quod fuerant domi eruditæ,
Mirâ dexteritate proferebant;

Eſt Pſapon DEUS, uſque & uſque raucæ
Reddebant, DEUS eſt Pſaphon, plateæ.
Rudis prætereuntium popellus
Perſuaſus, bipedi ſacros Pſaphoni
Cultus inſtituit, preceſque Divûm.
Quorſum hæc, inquis Atarde rudibundo
Ore, hæc hiſtoria, o Chryſaure, tendit?
Brevi ſignificabo, liberales
Aures ſi dederis, quibus vel ipſos
Tu vincis patrios, Atarde, Aſellos.
Bipes ille Pſaphon DEUS vocatus
Tu ille es, ni quadrupes cupis vocari.
Tu formas Juvenes flagro miſellos,
Te ut ſtulto populo, idque compitatim,
Virum Grammaticum, Sophon, Poetam
Adfirment ſtolido ore, & impudenti.
Quid credat populus, nihil laboro,
Te Atardum ſcio, te ſcio Pſaphonem.

Jn Eumdem.

ESto; vir S phus es, vir es Poeta,
Euclides novus es, novuſque Thomas:
At dum ridiculo furore captus
Audes ſumere Judicis ſuperbi
Jnſulſam nimium ſeveritatem,
Jam non vir Sophus es, vir es Poeta,
Euclideſque novus, novuſque Thomas,
Sed vir plane Aſinus, quod eſt Atardus.

Jn

Jn Eumdem

QUod iſtud animal, obſecro, cujum pecus?
Qui vultuosâ fronte ſcrium refert
Satellitem virtutis altæ, Socratem
Puta, aut Platonem, quique Vates aureos
Traducit alter ut Cato Cenſorius
Morum magiſter, diſciplinæ ſcilicet
Vindex, & inſtaurator ordinis probi;
Quod iſtud animal, obſecro, cujum pecus?
Atardus iſte eſt, qui, jubatus ut draco,
Nec ipſe mala guſtat aurea, & procul
Expellit alios peſtilente ſibilo;
Nullos adæque dente lurido petit,
Qam quos favente proſperoque Delius
Tuetur aſtro, queis & ingenii vigor.
Hi ſi quid olim per laborem plurimum
Prompſere mentis e penetrali ſacro
Muſis amicum, nec pigendum Gratiis,
Mox ut cadaver nare vultur occupat,
Tactuque cuncta fœdat infelix Avis.
Probam monetam adulterat ſenſu improbo,
Et dictiones ſingulas ad aſciam
Fabre dolatas exigit miſere pavens,
Ne quidpiam delinquat, aut protuberet.
Seſe ipſe admiratur, in ſe uno ſtupet,
Seſe colit, ſibique plaudit; cæteros
Et odit, & faſtidit, & blennos putat

In-

Inflatus ut Suffenus, aut alter Thraſo.
Quin arrogantis impudentiam viri
Conſiderate; nam Corogna nec meus
Lucumonis hujus virulentiam quiit
Vitare, ocellus ille Muſæi Chori
Corogna, cujus ex receſſu pectoris
Sophiæ medulla manat, & ſuadæ lepos.
Tantumne lumen tu, tenebrio, tuis
Obnubilare poſtulaſti offutiis?
Paratus adſum, ſeu popoſceris truci
Pugnare Jambo, ſeu Maronis alite.
Tu rure plenus inficeto, rus merum,
Timon inhoſpitalis, inſulſum pecus,
Quâ fronte poſſis e bivertici jugo
Ciere Phœbum, perlitare Gratiis?
En campus; aude ſi quid audes: an tibi
Virtus in ore ſemper, & in verbis erit?

In Eumdem.

VÆ vobis, Pueri, cutique veſtræ,
Atardus quibus obtigit magiſter
Jmmitis, truculentus, aſper, atrox,
Torvo lumine, voce, fronte, naſo,
Formidabilis, omnibusque membris!
Væ vobis, Pueri, cutique veſtræ!
O cives, adeone cæca mens eſt
Vobis? ſiccine liberos amatis,
Veſtra & viſcera, ſanguinemque veſtrum?

In Eumdem.

QUem noſti, bonus ille litterator,
Jlle, inquam, optimus ille Pædagogus
Atardus ſcabies puellulorum
Doctus cædere, verberare doctus,
Culos verrere doctus, & ſecare;
His ille artibus eſt pecunioſus
Factus, gymnaſium valere juſſit
Collecto nimium ſuperbus ære.
In hoc haud aſine es, ſapis Magiſter.

In Eumdem.

UNus neſcio quis, vocant Atardum,
Nihil non vetus eſſe rite dictum
Putat, nil loquitur niſi hoc vetuſtum;
Jurat denique nil ſuo diſertum,
Et doctis fieri auribus virorum
Dignum tempore; me & novum Poetam
Deridet: rigidumque agit Catonem,
Cenſorem, Criticum nimisque durum
Se præbet: tamen omnium Poeta eſt,
Qui ſunt, peſſimus omnium, & Magiſter
Dignus judicio meo cacator,
Qui nunquam ſoleas, togamque mutet,
Qui vappam bibat, & vetus venenum,
Qui ſemper putribus cibis moleſte
Veſcatur, veterum & gerat matellam,
Clitellaſque ferat rudens aſelli.

In ACADEMIAM ROMANAM ARCADIAM DICTAM,

Quæ in Nemore Parrhaſio celebratur.

QUiſquis Caſtalios petis receſſus,
Dulces Caſtalidum ſitis liquores,
Quiſquis Mænaliæ choros palæſtræ,
Et luſus cupis aureæ Minervæ,
Quid longo Nemus Aonum labore
Suſpiras pedibus diu peruſtis ?
Colles Parrhaſios, Nemusque doctæ
Intres Arcadiæ, nemus canorum !
Jllic invenies chely ſonorâ,
Aureo pectine, laureâ decoros
Paſtores lepidos, & elegantes,
Docentes faciles ſonos Napæas,
Docentes numeros, ſalesque blandos,
Jlli Parthenias docent puellas,
Jllos Partheniæ colunt puellæ,
Exultat nemus, aſſonatque collis.
Jllic Cecropii nitent lepores,
Ludunt & Charites, lavantur undâ
Nudæ illic gelidâ, ſolum colorat
Ver & perpetuum, tepentis auræ
Suſpirant Zephyri, thymique flores,
Narciſſi lacrymæ, roſæque Pæſti
Surgunt undique rupe de virenti ;
Quid longos petis Aonum receſſus ?

Ad

Ad
JOSEPHUM MYRÆUM
ARCADIÆ CUSTODEM.

MYræe inclyte, docte, amabilisque,
Cœlo quem pietas beat, fidesque,
Et castus pudor, integrique mores,
Qui doctissimus utriusque Linguæ
Orator bonus, & bonus Poeta
Tonas Pierio furore plenus
Seu Thusco lubet ore, Seu Latino
Digna Virgilioque, Tassioque,
Et quem Rex Gregibus Apollo doctis
Custodem dedit optimum regendis;
Quam libens canerem tuos honores,
Virtutesque tuas, tuasque Laudes,
Si Phoebus mihi tibiam dedisset,
Qualem Parrhasiis dedit Poetis!
At ne sic tenuem rudis, silendo
Jlla suspiciam, tuis canenda
Linquam & Parrhasiis lubens Poetis.

Ad Eumdem.

MYræe optime, & omnium Virorum
Humanissime, quem novem Sorores,
Et Phœbus Pater intimo recessu
Ad umbras Heliconis erudivit;
Ne charus tibi sim, nisi magis te
Jn dies amo, quam meos ocellos,

Ob mores lepidos, & elegantes,
Quos tu cum probitate ſingulari
Nec non eximia eruditione
Nectis mirifice, nec invenuſte:
At ſtulte faciam, rudis Poeta
Cum ſim, te lepidiſſimum Poetam
Si tentem illepido vocare verſu,
Quo virtus tua jam vocavit olim.

Ad
COMITEM ORIGO
Cum ei varia carmina mitterem.

ORigo o venerande, amabiliſque
Ob mores lepidiſſimos, & idem
Admirabilis ob peracre acumen
Mentis, ingeniique ſingularis;
Hoc mitto tibi carminum meorum,
Judex candide, quidquid eſt libelli,
Quem tu judicio tuo erudito
Si probaveris, ora per virorum
Jbit, nec Critici timebit ille
Cujuſquam maledicta, nec lituras;
At ſi quid minus ipſe judicabis
Dictum vel lepide, vel eleganter,
Ut lubet, calamo tuo notabis.
Ergo me fidei, meoſque verſus
Tuæ tradimus eruditioni,
Quâ nemo tibi par habetur; at tu

Vir

Vir doctissime & optime, & venuste
Omnium Pater elegantiarum
Rem dignam facies amore nostro
Si leges, relegesque diligenter.

Ad
COMITEM ORIGO.

SIm longo spatio licet locorum
Disjunctus, licet annus, atque lustra
Cursus perficiant suos; locorum
Non distantia, non dies peracti
Obstabunt ne animo meo Comes mi
Præsens perpetuo sis: hoc merentur
Mores, hoc pietas, tuusque candor
Doctrina, ingenium, atque amor benignus
Quo me prosequeris fovesque Origo

Ad
Amicum meum peregrinantem
in remotissimas Regiones.

SUnt qui totum animum applicent parandis
Augendisque opibus per omne tempus
Sic ut nil aliud velint, amentque.
Sunt quos ambitio & cupido laudis
Humana exagitat, rapit, tenetque
Totos implicitos, ibique summum
Putant esse bonum. Quiete summâ
Multos præcipue rapit voluptas

Conjuncta otio & undique expetita
Cunctis deliciis, eam putantes,
Vitam afferre homini beatiorem.
At, qui nunc Sophiæ bonisque rebus,
Et virtuti animum applicent habendæ,
Paucos invenias. Hoc unde fiat
Est scitu facile: arbitrantur illam
Acquiri nimio labore multi,
Sic non ulterius eam sequuntur.
Nonnullis adeo referta res est
Errore, ac tenebris ita involuta,
Ut solis nequeant videre lumen,
Et cognoscere quam sit expetendum,
Semper quam sit amabile & sine illo
Quam sint omnia amara, quamve
Nullius pretii. Hæc quidem est secunda
Causa & maxima, ut illa prima,
Quod tam pauci homines iter capessant
Virtutis, potiusque amare quidvis
Optent perpetuo, quam id unde famam
Æternam sibi comparare possint.
Ast amice tua omnibus tenebris
Est mens explicita, & labore nullo
Terretur: labor est tibi voluptas
Jngens, otia pestis, & pericla
Tutus callis ad ardua: id esse verum
Ut reipsâ omnibus hic pateret, ecce
Liquisti Patriam tuosque amicos,

Et

Et tot commoda quo videre doctos
Ac mores hominum queas, Ulisses
Ut quondam varios locos & urbes
Diversas variasque POLITEIAS.
Hoc quid nobilius, quid orbe toto
Est præstantius? Ergo vos superna
Cœli Numina vos precor favete
Amico, & sua cœpta prosperate:
Ut quando repetet suos Penates,
Et dulcem Patriam, domi secunda
Et fausta inveniat sibique honores
Dentur promeriti, ac eis fruatur
Longo tempore lætus, & perenni
Cum laude, invidia procul remotâ.

Ad

CAJETANUM VALENTI

Equitem Hyerosolimitanum

VALENS nomine, re VALENS & usu,
VALENS judicio, eruditione:
VALENS eloquio, VALENS Poesi,
Et qui præ reliquis mihi VALENS est,
Si quidquam liceat boni precari
Amico Lepido suo, bonoque
Longævos, valeat VALENS in annos;
Si quidquam liceat boni ominari

Ami-

Amici lepidi bonique ſcriptis,
Hoc mi credite quidquid exarabit
VALENS, perpetuo Valebit ævo.

Ad
CAJETANUM VALENTI
Equitem Hyeroſolimitanum.

VALENTI venerande, Cynthiique
Jucundiſſima cura, dic, amabo
Quid rerum geris? anne Muſa ceſſat?
Cuiquam nil minus, ac Tibi profectò
Licet, quem bona nutriit Thalia
Et Phœbus Pater intimis in antris
Cuique carmina tam venuſta dictat,
Ut cum ſæpius illa devorarim
Ceu mel nectareum, tamen legendi
Plus deſiderii mihi relinquant.
Quid mirum? ſiquidem incitatus œſtro
Dignum magniloquo ſonas Petrarcha
Carmen; o mihi ſi chelyn dediſſet
Qualem Pierio Tibi in receſſu
Dedit pulcher Apollo, te ne Sæcli
Noſtri gloria, Te ne præterirem?
Qui tam proximus es tuo Petrarchæ
Quam ſacræ Tibris eſt propinquus Urbi.

Ad Eumdem.

PEr tuos precor Jtalos lepores,
Caietane venuſte, Palladiſque

Fe-

Feliciſſima cura, dulciores
Ne quæſo mihi melle, lacte, verſus
Tuos ſurripe, ſi tuum Durinum
Amas, cui probitas tua erudita
Congreſſusque tuus, tuusque Sermo
Mellitus placet, elegansque prodeſt.
Quare ſiquid amas tuum Durinum
Tuis me ſalibus facetiisque
Cum licebit, amice recreabis.

In Atardum Pædagogum.

Damnas egregios, Atarde Vates
Damnas nempe nequis quod eſſe, Atarde.

Ad JOACHIMUM COROGNAM CONSOLATORIA In mortem Amitæ.

QUid ? non Te ratio, dies, amîci
Solari poterunt ? dolore ſemper
Immenſo excruciaberis, nec ullum
Impones lacrymis modum ? quid iſtis
Tandem proficies ? nihil Corogna,
At per ſe miſeram omnibusque plenam
Ærumnis, mihi crede, triſtiorem
Hanc vitam efficis. Huc redire nulli
Conceſſum eſt homini ſemel relicto
Mortali ſpolio, vetant Sorores

Tres,

Tres, custosque Canis, per Acherontem
Transvectosque semel suâ carinâ
Durus Portitor, haud sinit priori
Ripæ accedere: Gnosiâque ab urnâ
Est immobile quidquid exit, estque
Nullius prece, dotibus, vel auro
Dîs placabilis. At quid ista narro
Vatum somnia? vivit in supernâ
Nunc dilecta amita arce, vivit omni
Felix parte sui, neque huc redire,
Si posset, cuperet, licet daretur
Jlli quidquid habent in orbe Reges.
At rara indole, moribusque raris
Inquis Jlla fuit, meæque sola
Vitæ dimidium extitit, proinde
Jllam jure fleo; minus dolere
At si talis erat, sapiens Corogna,
Debes, quin potius magis magisque
Lætari, atque Deo referre grates,
Qui talem dederit; tuis querelis
Ergo pone modum, tuoque pelle
Mærorem ex animo; Id sacræ Sorores
Id Nymphæ Melitæ rogant, & ipse
Phæbus, queis tuus est dolor dolori.



Ad Eumdem.

Invitat ad ſuam Villam ad magnum Fontem ſitam quam deſcribit.

His Te verſiculis rogat DURINUS
Corogna, ut venias, precor venito
Prandiolum ad modicum, Socraticumque,
Pauca ad fercula & ad dapes inemptas,
Queis Horatius, & quibus Catullus,
Queis Propertius, & quibus Tibullus
Menſam atque ipſe Maro, ſuam parabant.
Nam molles epulas, cupediaſque
Noſtra haud villa parit puſilla magni
Ad Fontis ſita garrulas ſcatebras.
Nec villam, licet eſt puſilla, noſtram
Corogna, precor æſtimato parvi,
Hancque inviſere ne graveris, audi;
Extra compita, ruſticaſque ſedes
Zebugi egregii, inclytique Pagi
Læta eſt planities, patenſque campus;
Jllum vitifer ambit inde collis,
Hoc in vitifero Corogna colle
Sita eſt Villula noſtra, non ſuperbis
Conſtructa ædibus, aureiſque tectis

Sed mundis, lepidiſque, candidiſque;
Ad cœnacula ſe videndus offert
Planus Hortulus haud ineleganter
Structus; omnigeni colore flores
Aſpectum retinent, jacentque paſſim
Strata humi viridaria hac, & illac;
Eſt & Porticus arcuata, Phæbi
Quæ æſtivi à radiis inambulantes
Securos tegit, imbribuſque tutos,
Sunt & præterea ambulacra terſa
Tonſis ſepibus hinc & inde cincta.
Eſt etiam Siliqua arcuata, ramis
Jngens, & foliis tenebricoſa,
Ubi Carmina nunc Horatiana
Juvat perlegere, aut Catulliana,
Vel tua haud veterum ſecunda ſcriptis.
Hic cantus volucrum libet ſuaves
Audire, & gemitus, eiſque furtim
Moliri inſidias, juvat videre,
Viſco aut reticulis, plagiſque captas.
Extra ſepta dehinc videre fas eſt
Agri jugera multa, queis licebit,
Si non deficiunt canes, aperto
Sectari Lepores, aveſque campo.
Longos proſpiciens agros Horizon
Dat circum egregios videre Pagos
Dat circum varias videre villas,
Quas inter caput evehit ſuperbum

Ver-

Verdalæ Domus inclyti, virescit
Ubi ingens nemus atque opaca sylva,
Tota ad funiculum, undequaque ductis
Consita arboribus, viisque circum
Atque anfractibus ambulationum
Ars ludit per aquam, & frequens scatebris
Locus perpluitur, soloque rivi
Jnsultant; alii leves sagittas
Effingunt, alii corusca puri
Solis spicula, territantque vulgus.
Sic me villula detinet beatum,
Grato & nos sinit otio fruisci
Tant'sperque licet vacare Musis.
Ergo, chare mihi, rogo, venito
Corogna precor, huc precor venito;
Huc te fonticolæ vocant Napeæ,
Sed tecum advehito mihi Valentium;
Fac Musæ & cytharam hic ferat jocosæ,
Tuque Apollineum fer ipse plectrum,
Quantumcumque & habes facetiarum
Et quidquid fuerit domi jocorum.
Ego at lætitiæ parabo Bacchum
Datorem, cyathos minutulosque,
Quales appositos gravi Catoni
Jnter Socraticos ferunt libellos;
Sic una patulo integram palato
Fallemus levibus diem cachinnis.

Ad Eumdem.

SI quis Pegaſeos ſitit liquores,
Et ſacros Heliconidos receſſus,
Corognam citus hic meum requirat;
Si doctæ cupiat modos Thaliæ
Moreſque atque Jtalæ decus choreæ,
Jdem deligat aureum Corognam.
Si luſus ſimul & ſimul lepores
Aut ſales, Venereſque Gratiaſque,
Hunc unum colat, hunc colatque, ametque;
Quod ſi carmina & os Petrarchianum,
Ore uno hoc loquitur gravis Petrarcha.
Quid mirum? ungula Pegaſi, receſſus
Sacri & Pieridum, Thalia & Æon
Mores & Latiæ decus choreæ
Luſus, illecebræ, joci, lepores,
Et ſales, Venereſque, Gratiæque
Jngentis ſonus, & lepor Petrarchæ
Corognâ omnia in hoc meo reſulgent.

Ad Eumdem.

TTun Dilecte mihi, Corogna, cælas
Me de Carminibus Tuis diſertis
Verſus Tune mihi Petrarchianis
Cælas pæne pares? at ipſe demens

Si

Si quid luditur, id tibi repente,
Ut Gallinula prodit ova cantu,
Oſtendo rudis, & malus Poeta;
Tu vero neque par pari referre
Curas, nec mihi carus eſſe curas;
Num cœlas tua me, meas ut ipſe
Ne legam ut tibi ineptias? profecto
Sic eſt, ſic reor, attamen videto,
Ne dum Caſtalio furore turges,
Contra quam faciles jubent Camœnæ,
Superbe facias, minusque grate.


Ad

COMITEM ANTONIUM CIANTAR

Ciantar candide, mique care Ciantar
Cujus lumina clauſa quando ſpecto,
Homerum videor videre Vatem;
Adſcribo Tibi plurimam ſalutem
Iſtis putidulis, & inſacetis
Meis Hendecaſyllabis, ut ipſe
De Tuis mihi Verſibus remittas,
Quos Virgo Tibi Virginum ſuprema

Donat

Donat ſcribere, & expolire; Vatum
Virgo nobilium propago, Virgo
Jlla plena Deo, Deique Mater
Quæ Te moribus aureis honeſtat;
Jlla cujus amore totus ardes.
O felix nimis, & nimis beate;
Cui Virgo alma favet Parens Tonantis,
Quid demens ego, quod miſer petivi
Fictas Aonidasque, Apollinemque,
Et fontes Heliconis, & receſſus?
Rex Cyrrhææ vale, valete Nymphæ
Pindi gloria vana, falſa, abite;
Hæc mihi Dea, cum potente Nato
Eſt longe ſatis, eſt ſatis, ſuperque;
Hic erit mihi Phæbus, hæc Camæna,
Hæc fontes habet, hæc lyras, & antra
Antris Pieriis amæniora.
Tu, quæſo pia Mater, atque Virgo
Duc me in floridulos tuos receſſus,
Et riga os mihi lacteo liquore
Dulci nectare dulciore, qui me
Mihi ſurripiat, tibique totum
Tui vulnere vulneratum amoris
Dedatque afficiatque ſic, ut uſque
Qualis ſaucia cerva anhelat undas
Te quæram, bona Virgo, Teque adorem.



Cer-

Certas esse Rerumpublicarum

Periodos.

Est cunctis animantibus sua ætas,
Sua est Jmperiis vicissitudo,
Ortus, exitus est, & his & Jllis,
Regnorum exitium quod extat ergo ?
Cum Rex omnia sacra, Sancta jura
Privatâ utilitate metietur.

Ad Amicum.

JAm dudum tetricâ obsoleta curâ
Torpet blanda chelys tui DURINI,
Amice : Jlla chelys tuo DURINO
Olim tam ad lubitum parata dulces
Modis omnibus expedire chordas
Otî fida comes, comes laboris
Nunc tristem ad Dominum suum DURINUM
Nunc venisse timet ; reperta in usus
Nimirum lepidos & eruditos
Gravem fundere non amat querelam, &
Sævis Sarmatiæ interesse Turbis.
Quare desine me rogare molles

Ver-

Verſus, dulcis Amice, quin DURINUM
Siqua cura tenet, frequens reviſe,
Qui ſolus mihi ſublevare curas
Jucundâ potes allocutione.



ODÆ.





JN OBITUM SERENIS: DELPHINI.

RUpes, Melpomene, desere Thespias,
Durino & numeros suffice lugubres,
Quos olim cecinit, te duce, flebilis
Vates ille Simonides.
O quis nunc meritis nunc Lacrymis erit,
Aut quis carminibus nunc querulis modus,
Quis desiderium terminus occupet,
Quem non conficiat dolor?
Ergo te impia Mors te rapuit fera,
Delphine, Jmperii & Liligeri alteram
Spem, tantum & generis Borbonii decus
Tecum una hora brevis tulit,
Atque hic te exiguus nunc tumulus tegit,
Cui percurrere rerum implicitas vias,

Regnorum licuitque abdita cernere,
Atque Orbis dubias vices!
Heu quis jam ſtygiam Perſephonem queat
Mollire, aut Atropos ſiſtere forcipem,
Jnculpata ubi nec vita, nec aurei
Mores profuerint tibi!
Quæ fatis pietas injiciat moram,
Annorum vere heu! ſi ſub amabili
Heu! Delphine cadis, vivere dignior
Clari tempora Neſtoris!
Cerne, ut longa tuarum agmina Gentium
Te lugent querulis ſedula vocibus
Deplorantia tolli ſibi opem ſuis
Fidam rebus in arduis!
Doctarumque gemit te chorus Artium,
Virtutumque cohors fallere neſcia,
Deflet Relligio Te, unguibus & genas,
Et paſſam lacerat comam;
Siccis luminibus te Sapientia
Subreptum queritur, mœret, inutiles
Sed fletus cohibet, ſed gemitus graves
Alto pectore ſupprimit.
Nuper Concilio reddite Cælitum,
Si te cura Domus Borboniæ premit,
Francorum & miſeret, Bitturigum Ducem
Natum opta ſimilem Tui.

Ad

Ad SERENISSIMAM MARIAM RICCARDAM

BEATRICEM ESTENSEM.

QUis poterit, RICCARDA, tuas quis pangere dotes
Corporis, atque animi?
Non ſi Mœonius Vatum Pater ipſe reſurgat,
Carminis omnigenas
Explicet & vires, atque olli Pythius adſit
Phoebus, & Aonides.
Jnclyta Virtutum laus in te maxima floret,
Virgineumque decus;
Forma Deæ ſimilis, quam ſemper grata venuſtas,
Subſequiturque Charis:
Ingenio quamvis excellens, hoc tamen arte
Excolis aſſiduâ
Pulchre in diſcendis Linguis; hinc tibi rerum
Plurima notities:
Interdum vocem inflectendo fallitur hora,
Nunc etiam fidibus,
Nunc chartâ in tenui,& qualem vix poſſet Apellis
Pingere docta manus.
Quid memorem, ut ſuavis ſermo, plenusque decoro,
Vox quoque melliflua,
Quid riſus, motus, inceſſus! quidve choreas
Ducere cum libuit!

Sin-

Singula quid referam? sunt omnia grata, venusta
Quæ facis, aut loqueris.
His vero, unde genus ducis, quid Mundus uterque
Aspiciet melius,
Quidve etiam vidit melius, vel clarius unquam,
Seu pietate pari!
Quid Tuus ille Atavus, quo non præstantior alter,
Vix etiam similis,
Seu bello mavis, seu pacis tempore, sive
Militiæ, atque Domi!
Hunc servate, oro, Cælestia Numina, salvum,
Incolumemque diu.
Quid sponsus? talem Tibi sors dedit aurea sponsum,
Qualis & ipsa viges.
O Hymen Hymenæe veni huc omine dextro,
Huc Cytheræa favens,
O Hymen Hymenæe veni, nec differ amores,
Tuque Diana simul;
Jungite Virgineos artus, jam jungite dotes
Corporis, atque animi.

Ad Eamdem.

QUâ voce, dulci quo strepitu lyræ,
Quo te merentem carmine prosequar?
O digna Atestino Parente,
Insubriæ & dare jura toti.
Non usitatos Pieridum move
Regina cantus, Virginis Estiæ

Nomen-

Nomenque, & æternos honores
Pollice ſed timido ſonanti.
Tu, Diva, primum quid memorem, doce;
Nam fluctuantem pertrahit omnium
Me turba virtutum, laceſſunt
Corporis hinc, animi inde dotes.
Paſtor ſic mollem gramine floreo
Nectens coronam, Veris honoribus
Denſis laborat, nec ſcit utros
Anxia dextra metat colores.
Miratur orbis fœmineo calens
Pectus virile in corpore, & abditas
Sinu puellari beatæ
Mentis opes, animique robur.
O Te beatam, cui ſtudiis graves
Lenire curas fas erit Jmperi,
Doctasque Regali ſedere
Quæ ſolio jubeas Sorores!
Quid litterarum tot decora inclyta
Accita narrem? quos tamen arduis
De rebus una diſſerentes
Judicio potiore vincis.
Callere primis Mnemoſyne dedit
Linguas ab annis: Te patrio exteri
Sermone mirantur loquentem,
Quisque ſuas ſtupuere voces.
Quis multilinguem non memori canat
Verſu Mariam, marteque proprio

Re-

Reſponſa chartis exarantem,
Quas varius ſibi mittit orbis ?
Nil eruditi Interpretis attinet
Partes morari, Te quoties palam
Audire tot gentes ſedentem
In ſolio libuit Paterno.
Muſis amicas, Phœbus ut emicat,
Impendis horas; ſeria mox die
Tractas adulto, quâque poſſis
Arte Tuam Inſubriam tueri.
Nec Te peractis rite negotiis
Torpere mollis ſuadet inertia,
Aut igne multo pertinacem
Vim Inſubricæ ſuperare brumæ:
At ſumma qualis per juga montium
Exercet choreas ſylvipotens Dea,
Quam mille turmatim ſecutæ
Oreades comitantur; inter
Sic Tu puellas Deſtias Inſubres
Terram tenello ſollicitans pede
Convolvis in gyrum ſequaces
Tecum oculos, animosque turbæ.
Ut rubra puro lacte natans roſa
Inſerpit albas purpura per genas
Frons igne multo clara fulget,
Puro ut ebur variatur auro.
Nunc Diva membris læta volantibus
Productâ Nymphis & ſociis manu

Cir-

Circum is, intactamque sensim
Pellis humum trepidante plantâ;
Nunc sola gratis libera nexibus
Vagaris, huc vibrans oculos & huc,
Lusuque mobilis decoro
Hancque petis modo, & hanc, & illam.
At siste cursum, & protinus arripe,
Chrysaure, portum neu scaphulam mari
Committe tanto, ni procellis
Ludibrium Broreæque debes:
Ne littus ultra sit tibi tendere
Cupido tanti, desine carmina
Sonare, Destiæque laudes
Ingenii tenuare culpâ.

AD FONTEM MAGNUM

Situm prope Villulam a me extructam in Jnsulâ Melitæ.

O Fons Magne vitro purior, igneum
Æstum somnifero frigore qui levas,
Quamvis arva furens Erigones canis
Lentis excoquat ignibus;
Fons o nobilium gloria fontium
Quotquot Naiadum Tu Melitensium
Semper voce sonant, semper amabili
Nympharum strepitant pede;

Nec Te vincat honos, famaque gurgitis,
Quem pernicis equi protulit ungula,
Sic Te celſus & hinc claudit, & hinc duplex
Collis, Pierius velut:
Sunt heic & ſua Baccho, & ſua Apollini
Conſecrata loca, & Numinibus ſuis
Non indigna quies, ſeu genium ſoli,
Artem ſive quis exigat:
Hinc Verdala prope excelſa Palatia
Dant aptas latebras Capripedum jocis,
Laſcivique gregis, qui ſequitur Deum,
Cui colles Melitæ placent:
Jllinc Aonidum deliciis tibi,
Phæbe, excelſa tui ſtat Domus Angeli,
Non adverſa tuum Numen amantibus,
Dulces Pieridum & modos.
Salve Fons puro ſplendidior vitro,
Dulci digne mero, digneque floribus,
Nos circum vada, circum latices tuos
Has laudes canimus tibi.

JN DIVAM THERESIAM

H Y M N U S.

AUreus lætam volucri reducit
Sol diem curru, ſacra quâ THERESAM
Templa concentu celebrant, piiſque
Laudibus ornant;

Luci-

Lucidum Hiſpani Populi THERESAM
Lucidum ſidus, merito beatas
Virgines inter duplicis decoram
Munere palmæ.
Parva vix ſeptem numerat Decembres,
Nobilis geſtit cruor è fideli
Egredi venâ, Fidei futurus
Teſtis opimus:
Pergit & ſævos moritura ad Afros,
Numinis juſſu at revocata pulchræ
Jnvenit mortis decus, unde poſſit
Viva mereri.
Ad ſuos ergo redit ut Penates,
Quidquid ad ſedes ſuperas moratur
Liberos greſſus, animoſa longe
Mente repellit.
Unus objectum DEUS, unus imi
Pectoris motus DEUS, atque ab uno
Sentit incenſis terebrata amoris
Corda ſagittis.
Hujus afflatu vacuum peroſa
Urbium ſumum, ſtrepituſque vanos
Clauſtra ſacrati, loca ſola, Templi
Cauta ſubintrat.
Hic quot æternæ documenta laudis
Liqueris, Virgo, referat ſonoros
Qui Maris fluctus, volucreſque vaſtæ
Computat Æthræ:

Narret, ut triſtes removere morbos
Sis potens, atræ & dare jura morti,
Utque defunctum trahis ad prioris
Munera vitæ;
Narret angores, lacrymas perennes,
Et catenatis laniata flagris
Membra, jucundâ & vice pura lætæ
Gaudia mentis;
Quâ volans ſummos ſuper axis orbes
Jnſeris te concilio Tonantis,
Unde inextinctæ radios reportas
Lucis in Orbem;
Unde Carmelo redeunt honores,
Jntegri mores, ſceleriſque puri,
Virgini & Matri numeroſa late
Templa reſurgunt:
Sancta nec ceſſant monumenta magnam
Virginem miris decorare ſignis,
Templaque expulſis numeroſa morbis
Turba reviſit.
Gloriam Patri Domino canamus,
Gloriam Nato Unigenæ, Tibique
Alma, quæ ſpiras ab utroque, ſancti
Flaminis Aura. Amen.

JN DIVUM CAROLUM
HYMNUS.

SIderis quænam ſpecies recentis
Jmminens celſis domibus Aronæ,

CA-

CAROLO vitam ingrediente, lucem
Exerit igneam?
Gemmei elapſa ab ſpatiis Olympi
Jndicat lætis radiis ut Orbi
Reddat ut ſe Relligio vetuſtum in--
duta nitorem.
Ergo vix certis aperire ſignis
Jncipit ſenſus animi latentes
Carolus, Sancti faculis amoris
Fervidus ardet.
Jamque Divorum ſpeculator, actus
Diſcit, & Siren gravidam malorum
Jam fugit, vitam vigil & per aſpras
Excolit artes.
Nunc opes dextrâ haud modicas profuſâ
Pauperi turbæ facilis miniſtrat,
Æde nunc furtim latitans in imâ
Cogitat Æthram.
Et Deum noctes agitat, diesque,
Seu nitens Oſtro Tyrio ſecures
Arbiter geſtat Latias ſecundus
Romulâ in Urbe;
Seu gregis cuſtos patrii vocatus
Heu! Lupos inter fera monſtra, Regum
Heu! minas inter tumidas Potentum
Sive laborat
Ferre fortunam docilis virili
Pectore. At laudes tribuat quis olli

Debi-

Debitas? hoſtis mala cum doloſi
Retia rupit,
Jlle quæ caſto poſuit pudori
Perfidus! quis ſat memorabit, omnis
Inſcius culpæ ut tulit usque rerum
Maxima ſceptra?
Dum gregis tutæ invigilat ſaluti,
Ultima ut ſeſe dedit in pericla
Impiger, charo haud timidus perire
Pro grege Paſtor!
Cedit aſt olli violens procella
Alitis plumbi metuenda glande,
Et lues ſerpens patrios per agros
Concidit atra.
Nunc plagas felix habitat beatas,
Unde diffundit ſua dona terris,
Per ſua & mentes documenta in altum invitat Olympum.
Gloriam ſummo canimus Parenti,
Gloriam Nato Unigenæ, Tibique,
Jungis hunc Jlli qui ab utroque ſpirans,
Omne per ævum.



IN

IN VIRGINEM DEI MATREM SINE LABE CONCEPTAM

HYMNUS.

QUam lyrâ ſumo celebrare Divam?
Virginem, cui nil ſimile, aut ſecundum,
Virginem ſumo; procul o prophani
Flectite greſſus.
Exulis primi procul eſte Diræ!
Ante Naturæ chaos evolutum,
Ante libratam ſtatione terram
Pura refulſit;
Antequam Titan vagus imperaret
Tempori, Titan decus Orbis, eſſet
Antequam & Fratris radiis coruſci ob-
noxia Phœbe;
Nullum adhuc culmen caput erigebat,
Non cavæ valles, famulique Clivi
Pone captabant dominis cadentes
Montibus umbras.
Non adhuc ſiccâ in medio relictâ
Mole ſe curvo mare porrigebat
Littore, expumans nec agebat altum ad
Sidera Pontum;
Cum Deus pictum ſuperæ lacunar
Conderet ſedis, radiisque denſas

Coge-

Cogeret flammas, radiata juſſas
Aſtra vocari ;
Ipſa tum ſtellis aderat datura
Aureum lumen, ſimul ipſa rerum
Adſtitit Fabro, removere nigram
Candida noctem ;
Quando probroſâ pereunte terrâ
Unicum merſus foret æquor Orbis,
Cuncta cum vaſtus fierent novarum
Campus aquarum ;
Quando per celſos nemorum receſſus
Hinc & hinc ſparſi jacuere piſces,
Marmor & lætas ſtupuit ſub alto
Gurgite ſylvas;
Una communi procul a ruinâ
Neſcia mergi fabricata quercu
Montium dorſum ſuper & cacumen
Arca natavit.
In Rubo nullis violata flammis
Mater, intactum rutilare honorem
Frondium juſſit, viridi & pudicum
Lumen in igne.
Virga Jeſſæo generata agello
Æſculos inter, Platanos, Abetas,
Inter & Quercus, Salicesque, at aſpri
Neſcia nodi.
Cæteri flores cito proteruntur,
Et ſenes formâ pereunte marcent ;
Non

Non timet mortem Rosa non aniles
Mystica rugas.
Filiæ sacri volucres Sionis
Jte spectatum niveam videri
Jte Reginam, facili coruscat
Semita passu,
Vos quidem cunctæ bene congregastis
Jaspides, baccas, onyces, pyropos;
Vis tamen major penes hanc reposta est
Divitiarum.
Quæque disjunctis, sibi sola fulget,
Jsta collectos micat inter ignes
Præmicans cunctis, velut inter astra
Luna minora.
Eminens formæ decus, an pudoris,
Corporis narrabo, animive dotes?
Tota formosa est, maculamque nescit,
Tota decora.
Plurimæ Zonâ renuente solvi
Virgines purum comitantur agnum,
Una dilecta est, thalamique consors,
Una Columba.
Patris, ac Nati recinendo Laudes
Mutuum gentes celebrent Amorem,
Omnis & Mundi plaga tres in uno
Numine adoret.

Ad
B. VIRGINEM SESE PURIFICANTEM
HYMNUS.

O Potens Regina Soli, Polique,
Jntegram quid te ſceleriſque puram
Expias? me me vitiis onuſtum
Ablue Virgo.
Mi tuum Mater ſine labe Natum,
Mi feras, iſtis miſer ut lacertis
Pectori adſtringam quater atque in imo
Pectore figam.
Te mihi nam ſi dederis libenter
Patris æterni Soboles, obibo
Lætior tecum Simeone Vate,
Lætior Annâ.

In
D. PETRUM MARTYREM
HYMNUS.

JMpio Petrus ſatus ecce Patre,
Ut ſolet ſpinis roſa pura naſci,
Prædicatorum decus & corona,
Lumen & Orbis;
Ec e vas auri ſolidum, micanſque
Floribus plenum variis odore,

Ecce qui Christum teneris ab annis
Arsit amando;
Ecce zelator Fidei fidelis
Hæresum fractor, pietate pollens,
Ecce qui trino potitur triumpho
Cum Duce Christo:
Nam fuit Doctor, pariterque Virgo,
Militans Christi pugil, impiorum
Ense truncatus penetravit Astra
Ocyor Euro.
Petre, quem Mundus veneratur omnis,
Petre, quem cætus colit Angelorum,
Hæresum fac nos mala, quæ minantur,
Vincere cuncta.

PSALMI,

Nunc dimittis servum tuum &c.

PARAPHRARIS.

TEn', Puer, demum video, Tonantis,
Fasciâ nexum, cui picta tellus
Nutat, & fulvas famulare ducunt
Astra choreas?
O mihi faustos, niveâque fultos
Orbita Soles! pluviis liquescit
Gaudiis æther, oculisque stagnat
Pota voluptas.

Quis Palæſtinis radiatus auro
Fulgor arriſit, ſtygiamque noctem
Depulit terris! procul hinc prophani
Cedite luctus.

Jam ſalus ſtrictas domito recudit
Compedes Letho; proavita labes
Decidit, pulchris ubi nos reviſit
Gloria bigis.

Nunc tuus, quæſo, famulus, Puelle,
Langueat metis, ſine, deſtinatis,
Claude palpebras, ſatis invidendas
Duximus horas.

Hæc Senex miro modulatus æſtro
Oſculo parvum tetigit Tonantem,
Cum ſoporatum bibit innocenti
Nectare ſomnum.

Ad

JOANNEM ANTONIUM CIANTAR.

ODE.

QUò non ſagacis promptus ingenii vigor
Pervadit, & magna indoles
Nutrita doctis rite ſub Penatibus
Dulci Camœnarum in ſinu?
En magni Abelæ proſequens veſtigia
Majori CIANTAR pectore

Altâ

Altâ ſepultas nocte jam Melitæ Domos,
Obſcura pridem nomina
Longis latebris publicam in lucem eruit;
O cura mentis perſpicax!
Quæcumque Abela non vidit, audaci rate
Qui primus hæc vada impulit,
Profunda ſerutans altius vidit ſacri
CIANTAR Camœnarum Chori
Lumen, repoſti cui receſſus ultimæ
Omnes vetuſtatis patent.
Agnoſce Natum o Inſula hunc Mater tuum,
Agnoſce; monſtrat en tibi
Natos tuos en Ciantar, atriis tuis
Suas refertque imagines,
Ergo perenni vindicem hunc plauſu ferant
Clivi tuorum collium,
Pontus ſonantem quâque diffundit Thetim
Nomen ſonet jam Ciantari.
At tu, per Orbem Fama quem perennibus
Secunda jam pennis levat,
Ciantar, tot almis perge, quò genius vocat,
Cœptis ad æternum decus.

Ad Eumdem.

ANtiquæ hiſtoriam Melitæ, & monumenta libellis
En Ciantar explicat ſuis
Plenius, ac melius, livor licet audiat illum,
Quam fecit ullus hactenus :

Inſu-

Insuper illustresque Viros examinat idem,
Et tractat accuratius,
Ante ipsum quàm fecit Abela prioribus annis,
Et sic labore maximo
Sic Patriam satagit ditare illustrius oram.
Hanc curre felix semitam,
Ciantar, & Auctores inter memoraberis olim
Totum per Orbem principes.

Ad
JLLUSTRISSIMUM BAJULIVUM
de BLACAS.

PRæstans ingenium, consilium grave,
Ac prudens animus, raraque in omnibus
Rebus cognitio, tum probitas, fides,
Candor, nudaque veritas,
Flos Blacas Procerum, te merita evehunt
Per clara ora virum, cordaque plurimis
Inflammant ut ament, & cupiant novis
Te auctum cernere honoribus.
Hinc sperandum equidem, debita præmia
Si dentur meritis, affore & auguror,
Tempus, quo Insula te deliget in Ducem ex
Toto concilio Patrum.
Tunc si Numinibus me Aonides suis,
Et læto affueritque omine Cynthius,
Laudes ipse tuas carmine concinam,
Plectroque altisono, & gravi.

Sic

Sic ut fama tui nominis evolet
Quâ tractus radiis sol habitabiles
Lustrat; tunc poterit clarior Insula
Leges Ottomanis dare.

Ad Amicum.

invitat ad sorbendum Cocholatem.

SEptimam cras pervigilans ad horam
Mane si me convenies, capaci
Diluam cupâ tibi Mexicani
Nectaris haustus.
Hoc amo, quid diffitear? simulque
Hoc catus venis vacuis recenti
Sole commisi, valeo, & benignas
Sentio Musas.
At fabas odi, plaga quas Sabæa
Mittit insuavi horribiles sapore,
Quasque dulcedo bene nulla mites
Reddere novit:
Has bibant hostes, fatuique Thraces,
Et quibus mensas onerare gratum
Felle taurino, bibere aut cicutis
Pocula pressis:
Has inhumanas Danai puellas
In stygis fama est coluisse ripis,
Ignibus tostas Hecati & dedisse
Inde bibendas:

Has

Has & a claudo fabricata Fabro
Fæmina in centro nimium dolosæ
Pyxidis vexit stolida execrando
Munere fœtæ,
Cum Jove irato febris, atque languor,
Curaque humanum genus occuparunt,
Et brevi nigræ didicere fuso
Nere Sorores.


In Obitum

MARIÆ JOSEPHÆ DIVÆ THERESIÆ FILIÆ, FERDINANDO IV. SICILIARUM REGI DESPONSÆ

UT contumacis te quoque surpuit
Jgnara flecti dextra, Proserpinæ
Josepha! inexorato virentem
Austriadum scidit ungue florem.
Ut in tenellis sæviit artubus
Jmmane Febris! lurida pustula ut
Erupit, & libanda Fernando
Jrruit ut macies in ora!
Heu! colla tabo lactea diffluunt,
Frontisque lux evanuit aureæ,
Et vox loquentis, cui trisulco
Ore minas posuisset anguis!

Mu-

Mutæ Sorores, muta THERESIA
Lugent, benignos Jllius & jocos
Mæſtæ requirunt, & liquatis
Verba favis propiora plangunt.
Heu! decoras marmor habet comas,
Vultusque honores, & bona corporis
Ceſſura caſtæ non Dianæ,
Non lyciæ tibi, Diva, Gnidi!
Quid major ævo pubere profuit
Præcoxque virtus, quid vigor ingeni,
Dulciſque Majeſtas, amorem
Quæ jubet & prohibet viciſſim?
Naſci quid alto a ſanguine Cæſarum?
Heu! cuncta in umbram diſpulit Atropos,
Æquare Reginas miſellis
Quæ ſolet imperioſa ſervis.
Quouſque ſævo læta negotio
Mors inſolenti lætitiâ fremes?
Quousque jactabis cadentes
Auſtriadis ſpolia ampla Natos?
Centum catenis claude adamantinas
Fores ſepulchri, deſine Sanguinem
Sitire THERESÆ cruento
Jam nimium ſaturata ludo.



Ad
PIISSIMOS CAMALDULENSES
Bielany degentes prope Varſaviam.

O Vos beatos, qui relictis turgidi
Fluctibus Oceani
Nugiſque Mundi perfidis,
Ac Urbium periculoſis mercibus
Caſtra remota procul
Fixiſtis a tumultibus,
Quieta, tuta, candidiſque cælitus
Caſtra referta bonis
Vitam beatam dantibus,
Magni ſagaciter ſecuti ANTONII
Et documenta Patris,
Legeſque Romualdi ſacras
Suadentis antra arcana ſolitudinis,
Multicavoſque ſpecus,
Sylvæ aut latebras deviæ,
Quales Eremus exhibet BILANIA:
Non ibi Circus iners
Plaudit, nec ampla perſonant
Tragædiis Theatra, vel Comædiis,
Deeſtque fori ſtrepitus,
Altum ſedet ſilentium,
Sedes quietas nulla vox turbat, Deus
Solus ibi reſonat,
Solus precantes excipit.

O vos

O vos beati vanitatum transfugæ,
Quos DEUS ipse Nemus
Pertraxit in Bilanium.

Jn
AUREUM LIBELLUM
quo me donavit
P. STANISLAUS KONARSKI
è Scholis Piis.

PHæbe, qui obscuris tenebris avari
Jnvides Orci monumenta Vatum,
Et beas si quos cecinere, & alto im-
mittis Olympo;
STANESILAI celebrem libellum
Aureos magni numeros KONARSKI
Tu foves unus, gelidâque mandas
Morte carere.
Ocyus prodi egregie o libelle
Orbitam Mundi patulam pererrans
Virginum plaudente Helicone ab alto et
Auspice cætu.
Te potens centum bona Fama linguis
Anteeat, laudes lacrymans tuasque
Pallida inspectet, nequeatque livens
Carpere Turba.

Ad Eumdem.

MAgnis KONARSKI o æmule Vatibus,
Ætas priorum quos tulit aurea,
Varſavienſis Civitatis
Grande decus, Calaſantiique,
Quò me paventem gloria, quò tuus
Me ſplendor urget? quò trahor arduus?
Quas præſcius ſumo ruinæ
Jcarias periturus alas?
Dicamne linguæ divitis aureum
Flumen, Virorum quo velut ebrias
Ducis cohortes, quod peritum
Attonitâ bibit aure vulgus?
Urbs docta talem Palladis inclytum
Platona vidit, Romaque Tullium
Jam jam labenti conſulentem
Multa ſibi ſtupefacta ſenſit.
Si poſt labores, mens cytharam jubet
Referre luſus, Pindaricum canis
Si maximorum non ſilenda
Facta Ducum, graviore plectro
Jncedis audax, nec tua terruit
Sublimis unquam lumina Cynthius,
Cui lumen æternum niteſcit
Quas poterit timuiſſe noctes?
Sic ſpernis Orbem, quidquid & improba
Fortuna ludit Dædaleo pede,

Char-

Chartiſque victurus ſuperſtes
Perpetuum meditaris ævum.
At ſiſte curſum, & protinus arripe,
DURINE, portum, neu ſcaphulam mari
Committe tanto, ni procellis
Ludibrium Boreæque debes.
Ne littus ultra ſit tibi tendere
Cupido tanti; deſine turgidum
Sonare, Splendidaſque laudes
Jngenii tenuare culpâ.

Ad Eumdem.

A vero eſt procul avius
Quisquis non validos ingenio ſenes,
Regreſſosque puertiæ
Mendaci ſtolidus judicio crepat;
Non ſeri capitis nives,
Non & laxa cutis, rugave pendula,
Non ætas numeroſior,
Nec nixum baculo robur inutiles
Summis ponderibus facit
Rerum; teſtis erit qui tria ſæcula
Emenſus liquidæ potens
Suadæ, & conſiliis aptus Achaicis
Neſtor fertur adhuc Pater;
Teſtis nil pavidus ſumere toxicum
Cunctis ingenioſior
Cunctos quo ſuperat plus nive Socrates.

Aſcræ

Aſcræo Dea non prius
Vati deproperat ſedula lauream
Phæbi ſerta, caput comis
Quàm canis nituit, fronsque ſenilibus
Sulcis prominuit; dies
Nempe annoſa viros perficit arduos.
Quarto teſtis ades loco,
Mi KONARSKE, tui gloria ſæculi,
Myſtes Pieridum: Tuo
Albet nix capiti, ruga genas arat,
Et greſſum baculo juvas,
Urget Te ſenium; at fervidus ingeni, &
Mentis flore vires. Mihi
Inſcriptum Lyricum, quod Mytilenios
Alcæi modulos, graves
Summique exſuperat Steſichori fides,
Tantum prodit; erit Tui
(Si vere loquimur Caſtalius Chorus)
Nullâ diſſimile hoc die
Nervoſum mage, ſi longa teret dies.
Sic vero mi animum afficit
Hoc, KONARSKE, tuum carmen, ut intima
Cordis permeet, & genis
Totis demadeam. Funera Sarmatum,
Et belli ancipites metus,
Quæque hic arma fremunt extera, civicos
Motus Sarmatiæ, & manus
Accinctas gravibus exprimis ut modis!

Ut

Ut ſublimiter incipis!
Ut pergis ſimili carminis impetu!
Ut ſpiras Tragicum! ut ruis
Oris Pindarici, & pectinis æmulus!
Nec primo medium, brevi
Jmum nec medio diſcrepat. At Tibi
Quas dicam, Aonidum decus
Grates? quasque parem reddere? non videt
Non me ſic placido Dea
Suaves docta modos lumine, debitam
Perſolviſſe vicem ut queam,
KONARSKE, & cantus reddere mutuos:
Nemo Te articulis lyræ
Curvæ fila movet tinnula grandius.
Tantis d ſine me, precor,
Commiſiſſe Viris, quos timido procul
Sat cuivis pede ſubſequi;
Nobis ut tribuas plus nimio, Tuus
In nos noſtraque amor facit,
Quem nullis doleo promeritum mihi
Antehac officiis; tamen
Cui non grata forent dona KONARSKII
Sacrâ quæ data ſint manu?
Ut verum loquar, acceptior hinc mihi
Quamvis immerito obtig t
Tot laudum ſeries, & capiti additum
Per te inſigne decus meo:
At certe immodicis noſter honoribus

Extol-

Extolli metuit pudor;
    Debetur meritis laurea principum
Vatum, me quibus imparem
    Agnosco tenuis conscius ingeni.

Ad PHÆBUM

PRO EODEM ÆGROTANTE.

PHæbe, qui terram radiis inauras,
    Qui mare illustras, nitidumque reddis
    Æthera, & Mundi Pater, atque Divum
        Diceris esse;
Huc salutari medicamen herbâ
    Deferens ægrum releva KONARSKUM,
    Daque, languenti redeant, ut olim, in
        Corpore vires.
Hic tuum semper teneris ab annis
    Numen, & doctas celebravit Artes,
    Unde clarescis, celeberque toto
        Vivis in Orbe.
Ergo qui morbi gravitate fessos
    Jamque Parcarum expositos rapinæ
    Eripis letho, auxiliare, sic te
        Daphne sequatur!
Sic tibi nunquam Boreas, nec Auster
    Obsit iratus, tumidique Ponti
    Unda, sic nunquam noceant aquosi
        Sideris imbres.

Jo:

JOANNI PREMLECHNER

Poetæ Lyrico eximio.

AUdio, quales Venuſina Clio
Delio plectrum moderante, cantus
Fertilis quondam per amæna prompſit
Tiburis arva.
Non ad argutæ modulos Thaliæ
Lætior Cyrrha inſonuit, vel Hæmus,
Cum ſuas vidit cytharæ ſequaces
Currere quercus.
O ſales puri, ambroſiique luſus!
O joci digni Euphroſynes labellis!
Tejæ quando Fidicen camænæ
Talia luſit.
Cæteris parcus, Tibi liberalis
Hyppocrenæi laticis liquorem
Jmperat plenâ Tibi Rex Apollo
Fundier urnâ.
Perge vivaces propera THERESÆ
Maximæ lauros, meritumque nomen,
Et diu lætis memora daturam
Otia terris,

Ad Eumdem.

QUo te volucri Pegaſus ungulâ
Premlechner, ala præpete quo rapit?

Sublimiori jam volatu,
Pieria petis aſtra fronte:
Js trans olympum; nec vitreo tamen
Ponto daturus, nomina, at aureis
Præſtantis inſerturus aſtris
Eximium ingenii trophæum.
Stipata doctis Suada Sororibus
Te ſemper anteit, Te Charites amant
Lauro allaborantes coronas
Pindaricis decorare ſertis.
Præclara quisquis geſta, vel inclyta
Proſtare ſæclis nomina ſi velit,
Laudesque ferri quâ remotos
Verberat Oceanus Britannos,
Supplex ad aram percelebrem tuæ
Muſæ vaporo thure litaverit,
Et nuncupatis rite votis
Te, altiſonamque tuam Camœnam
Jmploret; odis vecta curulibus
Sic magna virtus æquora tranſvolet,
Sic fama certet multilinguis
Solis equos ſuperare curſu.
O perge grandem tendere barbiton,
Mulcere & magnam perge Thereſiam,
Jllius ut pangis, videris,
Jpſe tuas numerare laudes.

EX-

EXCELLENTISSIMO DOMINO
ANGELO ARCHIEPISCOPO
D U R I N I
diſcedenti Viennâ
JOANNES PREMLECHNER.

NOn Te moramur; ſtet licet omnium
Jn fronte luctus, non capiunt Virum,
Qui Principum debetur aulis,
Pauperis hoſpitii penates.
Vaſtæ DURINUM terra Poloniæ
(Nunc occupatam ſeditionibus
Civile quam miſcet duellum)
Vindicat, atque abitus moranti
Fruſtra, Viennæ ſurripit invida:
Non auſpicatas ſcilicet ocyus
Hoc arbitro iras, & cruentum
Clade ſua, poſitura ferrum.
Jbis. Favonî leniter atterent
Alas eunti: turba levis, Joci,
Circumſtrepet cantu ſacrata
Tempora, virgineâque lauro
Umbram hoſpitalem conſocians, graves
Defendet æſtus: at volucres rotas
(Utcunque præcedes) ſequentur
Fontibus Aonides relictis.
Nam Te bifrontis turba DEUM jugi
Præ fabuloſo jactat Apolline

O artium tutela præſens,
Præſidiumque, laborque vatum,
Et ipſe Vates maxime: ſeu Tibi
Molles Catulli, ſeu Calabræ lyræ
Modi ſonantes plenius, ſeu
Callimachi placuere luſus!
At me procacem, quem juvat ad pedem
Non elaboratum egregias loqui
Laudes, & indoctâ ſonare
Voce Virum, citharæ ſcientem!
Quis impotentem ludit amabilis
Error? quis ardor, quis DEUS inſidet:
Nec cognitos unquam furores
Jngerit, exagitatque mentem?
Jpſe eſt, ab alta nuper Hyantidum
Qui me canentem rupe benignior
Audivit, & majore plectro
Hanc tenuem celebrare muſam
Auditus, artis non imitabilis
Exempla juſſit perſequi, & arduos
Per nubium tractus paventem
Jnſolitos docuit volatus.
Et jam DURINUM dulce periculum eſt
Cantare: & annos huc ubi poſt breves
Cum luce formosâ DURINUM
Sol revehet; recinam DURINUM.
Sic obſequentem Sarbivius lyram.
Felix virente in littore Narviæ
Tentavit, URBANUMque Patrem
Concinuit minor ipſe Vates.

Ad

Ad
CHRISTI DEI CRUCEM

FOrtunata arbos Regem quæ digna beati
Sustinuisse Poli,
Humano generi per quam cælestia Regna
Scandere posse datur.
O! tua me semper dulcissima protegat umbra
Luce corusca magis;
Atque adeo immoto vitalis pectore radix
Hæreat, arte queat
Vellier ut nulla, cineres vel adusque supremos
Dux, comes esto mei;
Per mare, turbatis cujus demergimur undis
Tu mihi clavus eris;
Jnvia per deserta die tu prævia nubes,
Nocte columna mihi.
Tu mihi Virga olim, quâ saxi vulnere fluxit
Jllicet humor aquæ;
Nil mihi cum Musis posthac, aut Daphnide lauro
Tu mihi laurus eris.
Sub pedibus CRUX alma tuis facinusque, nefasque, et
Culpa vetusta jacet.
O! precor in Te configar, si magna precari
Mi datur o! bona CRUX:
O! utinam ad truncum moriar, sub stipite condar
Tu mihi Pyramides.

Jn Obitum Amitæ
JOACHIMI COROGNÆ

TU ne ruentes charæ Amitæ truci
Solviſſe Parcas ſtamina forfice
Culparis ultra tot querelis
Lux Melitæ, Sapiens Corogna?
Vinclis rigeſcunt fixa adamantinis
Caliginoſis nubibus abdita,
Suprema non ulli pateſcunt
Conſilia ætherii Tonantis.
Quod ſi peremptæ funere lugubri
Nefas nec eſſet fata retexere
Jllius, infectumque factum
Reddere dum lacrymas daretur;
Tum quiſque multâ non ſine Nœnia
Doleret udus lumina amicior
Largè precando: tum videres
A Sipylo Niobes cadentis
Pro te lubenti pectore me vicem
Subire, donec luce carens Tua
Reſurgeret dias in oras
Luminis atro Amita ab ſepulchro.
Sed cum vel auro vel querimoniis
Non molliatur dura neceſſitas,
Sed lege nulla cum recurrat
Quod pepulit ſemel hora velox.

Tan-

Tandem quietos illius & pios
Urgere manes desine inutili
Clamore, mœrentesque amicos
Perge hilari recreare vultu.
Flebisne, cujus non latet inclytum
Ævum perennis gloriæ olympicæ,
Desideratam haud indecoro
Curriculo tetigisse metam,
Lugere mittas. Jlla fidelibus
Aurem obseratam questibus abnuit
Tuosque singultus amore
Odit & ingenuo excitatos;
Felix, nec atris quippe doloribus,
Curis nec ullis tangitur anxiis,
Quando & pavimentum beato
Sideribus pede calcat aptum,
Et gaudet aulâ non variabili
Jnserta cœli carpere præmia
Virtutis, exactæque vitæ
Fortiter emerito triumpho.

Jn FESTO NATALIS DOMINI HYMNUS.

ECce Natalem Domini reducit
Annuus cursus, redit ecce nobis
Alma Lux albo & niveo notanda
Usque Lapillo.

Hæc

Hæc fuit noſtræ initium ſalutis
Hæc mali finis miſeræque ſortis,
Quæ gravi oppreſſos tenuit ruina ob
Crimen Adami.
Namque eramus propter id è ſupernis
Exules facti domibus, vagantes
Huc & illuc, ac procul a quiete
Sedeque firmâ.
At DEUS ſola bonitate motus
Filium, quo nil charius & illum
Unicum miſit, Patriæ ut priori
Redderet olim.
Cumque plusquam in cimmeriâ jacentes
Nocte nec Phæbi radios videre,
Nec minus clauſi poteramus atro
Carcere per nos
Liberi exire. En DEUS (o benigna
Munera & ſemper celebranda) ſolus
Inde nos duxit tribuitque olympi
Cernere lumen;
Atque placari voluit reſumens
Priſtinum vultum placidamque frontem
Ceu Pater clemens, voluitque dici
Qualis & ante.
Hoc Sacri Vates cecinere quondam
Spiritu afflati æthereo, Sybillæ
Hoc decem, quæ veridico canebant
Ore futura.

Sed

Sed quis hoc credat, ratione quisve
Poſſit adduci ut putet eſſe natum
Qui fuit ſemper? potuiſſe obire
Unde aliorum
Vita dependet? nihil eſt creati
Orbis hæc moles nihil eſt profecto
Quidquid humanis oculis videtur
Præ orbe redempto.
Nulla vox unquam poterit referre
Mens opus nulla hoc penetrare, & ipſe
Quod magis cætus etiam Angelorum hic
Mutus & anceps.
Sed fide id tantum atque animo ſupernæ
Gratiæ claris radiis nitenti
Noſcimus, ſola hæc via, Dux, magiſtra,
Solaque nuntrix.
Mentis hæc noſtræ tenebras repellit
Erigit, firmat, ſolidatque, rebus
Nec non adverſis recreat, bonâque
Spe jubet eſſe,
O Dies ergo Patribus cupita
Omnibus longum, ſine quâ ſalutem
Nemo ſperabat, ſine quâ haud patebat
Janua Cæli
Fauſta ſolemnis, celebrisque ſemper
Huc redi, & ſemper quoties reviſis
Nos, veni felix & amica ſiſque
Sacra quotannis.

Www Ad-

Ad BEATISSIMAM VIRGINEM NASCENTEM.

PRomissa priscis Fæmina Patribus
Heu quid moraris? nascere, nascere
Aurora, & obductas tenebras
Mentibus ex hominum repelle.
Veni & colubro jam pede protere
Caput dolosum fortis, & aureum
Evæ decorem redde Virgo
Justjtiæ paritura Solem.
Te jam relicto Navita Castore
Cum Fratre, & una Cassiope, Maris
Stellam vocabit, belluosi
Nec furias Maris expavescet.
Veni & jacentes erige ad æthera
Nos, mersit atro quos Erebo prior
Parens, redibunt mox in aurum
Ferrea Te veniente Sæcla.
Veni fer ægris gaudia gentibus
Optata longum, rumpe moras, precor,
Columba, & humani carinæ
Fer generi trepidanti Olivam.
Quantis, beati deliciæ chori
Te Rex Olympi tollet honoribus?
Quot Templa, quot sedes, quot aræ
Mormoreæ Tibi, Diva, surgent.

Fe-

Felicitatem non in divitiis atque honoribus consistere.

NOn Jlle dives, cui colit Appulus
Tercenta campi jugera, non greges
Cui mille pascunt, non acervi
Cui cupido cumulantur auri.
Nec qui superbas ædificat domos
Celsis columnis, & laquearibus
Auro coruscis; aut beatos
Hesperidum sibi format hortos.
Non ille felix qui popularibus
Quamvis supremis gaudet honoribus;
Ac septus incedit per urbem
Sarmaticâ Comitum catervâ.
Est Jlle dives, qui sibi temperat
Nec plus requirit quam satis est; dies
Noctesque, sed contentus æquâ
Mente bonis fruitur paratis
Sed pro tuendis legibus, ac Fide
Pioque cultu Numinis, expetit
Per tela, per flammas, per hostes
Fundere purpureum cruorem.
Hunc Tu beatum dixeris optime
Amice, & altum consilio Virum
Qui cuncta terrarum recusat
Ut locuples super astra regnet.

Jn Fortunam.

AH Fortuna volubilis
Quæ falsâ miseros ludis imagine
Mortales, per inania
Dum versas volucri mobilior rotâ.
Te magni metuant Duces
Te Reges Tyrio murice fulgidi
Sed mæsti tamen, edito
Ne se de Solio præcipites humi.
Te votis oneret vagus
Mercator cupido pectore, navibus
Dum sulcat mare Turbidum;
Ut se gemmiferæ menibus Jndiæ
Si possit miser expleat;
Næ nullis ego Te vocibus ambiam
Ut me prodiga Lydiis
Vel dites opibus, vel titulis feras
Sublimem; ut gravius ruas
Ac per ludibrium perfida deprimas

Cuidam mecum de præsentium Augustia Temporum expostulanti.

Quid teris mæstus tacitusque iniquis
Anxium curis animum Levine
Ut tibi aggesto pretiosus auro
Crescat acervus

Viv e

Vive quæſitis hilaris, tuâque
Sorte contentus; nimioque amori
Angeris quo ſollicitus bonorum
Contrahe vela.
Dives eſt qui nil cupit; & beatum
Dixerim tantum; catus imperare
Qui ſibi norit; meritumque frenum
Addere votis.
Ut nihil deeſt nihil expetenti
Sic ſi opes creſcunt, amor & peculi
Creſcit, & cenſus ſitit ampliores
Aucta cupido.

Ad Amicum

Patrem Inſolabiliter deflentem.

QUid fles Levini candide mortuum
Adhuc Parentem? deſine triſtium
Tandem querelarum nec ultra
Perge Patri illacrymare charo.
Verum quod eſt te dignius effice
Et quod perempto gratius: abſtine
Tandem querelis mi Levini
Pars ſupereſt melior Parentis
Nam mens beatis mentibus addita
Vivit ſuperſtes, vivit, & omnibus
In ore doctis, & canorus
Ales uti volitat per orbem.

Ur-

URBIUM REGNORUMQUE PRÆSIDIUM

repeti à veræ Religionis cultu opportere.

NOn Turris & non murus aheneus
Non fossa circum multiplici diu
Cavata gyro, nec sarissæ
Nec clypei tueantur urbes
Quas vera liquit Relligio & fides,
Et unde cultus Numinis exulet
Delubra dum squallent relicta
Dumque sacris sua fila texit
Arachne in aris tuta; silentio
Dum mæsta torpent æra; coinquinat
Muscus pavimentum; ac repostæ
Jgnibus haud crepitant acerræ.
Est una amicum scilicet urbium
Tutela Numen; Mœnia quod simul
Reliquit iratum; suisque
Destituit peritura Divis;
Armata flammis seditio, & genas
Furor colorans sanguine civico
Intrant; & ultrices querelæ
Et Stygiæ sine fine Turmæ.

Tunc cuncta ab imis sedibus eruta
Convulsa nutant; tunc scelus, & doli
Ruunt relaxatis habenis,
Atque citæ præeunt ruinæ.
Excisa Testes vos Solymæ juga
Regnata Judæ: dum pietas stetit,
Stetistis invicta; infrementes
Undique nec timuistis hostes.
Et serva testis Græcia barbaro
Dudum Tyranno: testis & Affrica
Cum falsa cultu; tum Leonum
Et Scythicæ feritatis altrix.
Atqui timendis quælibet arcibus,
Vastoque muros aggere cinxerat;
Densas & armarat Phalanges
Pro Patriâ haud timidas perire.
Sed quod scelesti præsidium ferant
Jn subruentis mœnia Numinis
Et fulmina, & tædas; Polique
Omnia dejicientis iras!
Hinc ista genti Vistula quam pigris
Pulchre & recurvis fluctibus alluit
Edico vates, digna saxis
Vivere, marmoribusque fata.
Dum signa Cœlum flammea nutriet
Pontusque fluctus, læta Polonia
Vives, triumphatasque disces
Perpetuum superare pestes.

Cur-

Curvata cernes meſſibus horrea
Ditare current te aurea flumina,
Ornare te cornu ſuoque
Copia ſic locuplete amabit.
Sed hæc futuri conſcius ordinis
Hâc lege canto; Patria ne ſacra
Divosque temnas, teque nullus
Auferat exitioſus error.
Quæ priſca Patrum te docuit Fides
Ne ſtulta muta, ſed ſapientibus
Veſtigiis prudens inhære
Quæ tibi pars melior Senatus
Prompſit, peracris voxque ZAŁUSCII:
Hoc tu Magiſtro devia neſcies
Deerrare; nec turpes per agros
Paſcua pernicioſa carpes.
Fallor? repenti an ſcindere lumine
Se viſa nubes! Dexter Jo! meis
Reſpondet oraclis Olympus,
Jpſa novâ quaſi luce ſignans.

AD BEATISSIMAM VIRGINEM

Ab Angelo Salutatam.

AVE beatâ Matre beatior
Et Matre pulchrâ Filia pulchrior

Quæ

Quæ ducis e cœlo Tonantem
Diva tuis ſpecioſa ocellis.
Doce quibus Te laudibus efferam
Formoſa VIRGO, gloria Virginum
Matrumque, quotquot ſeu fuerunt
Sive alios veniunt in annos.
Non ſi canorâ Mœonidem tubâ
Magnoque vincam pectine Pindarum.
Tuas vocarem, Diva, dignis
Carminibus ſuper aſtra laudes.
O ter beatum conjugium, o hymen
Quaterque felix, læte, ſalutifer,
Lætemur omnes, vos pudicæ
Plaudite cum Pueris Puellæ.
Afferte vernas cum violis roſas,
Pulchriſque Nuptam ſpergite floribus
Amore languentem & coronâ
Virgineos cohibete crines.
Jam pertimeſcens Tartareus Draco
Seſe in latebras conijcit inferas,
Jam trux veretur ne ſibi frons
Fæmineo pede conteratur.
Ave decorem cujus amabilem
Orbis Creator concupit, & ſacram
Fæcundat alvum, cuique ab alto
Spiritus omnipotens obumbrat.
Utcumque poſſum te tamen efferam
Prægeſtienti pectore, Te ne ego

Xxx Sile-

Silebo, quem dicent beatam
Quotquot erunt ubicumque Gentes?

Ad DIVUM JOSEPHUM HYMNUS.

SUrge jam Vatum genus atque Regum,
Funde virtutum radios tuarum
Qui maris ſtellam comitaris almam
Dive Mariam.
Surge, cui Turrim generoſe Miles
Davidis Regis licuit tueri.
Surge qui magni Genitor Puelli
Sæpe vocaris.
Præbuit flores Tibi Virga ſoli,
Solus e totâ legeris Tribuque,
Cui Sacro cultas prior ante Nymphas
Nubat amictu.
Tu melos hauſti, ſuperumque voces:
Te nec arcanum latuit ſupremum
Virginis MATRIS, Puerique Summi
Regis Olympi.
Tuque tres Jllos Tyriis Eoos
Veſtibus Reges, patriiſque gemmis
Ampla vidiſti puero coruſcos
Dona ferentes.

Nunc

Nunc tuas audi ceciniſſe laudes
Fulgidum cæli decus, orbe toto
Et Tibi quos nunc recinit DURINUS
Accipe verſus.

Ad
Mirabellum Paternam Villam

AMæna Villa, Villula pulcherrima
Vel Urbis almæ Villulis ;
Ut te libenter, utque totus geſtiens,
Mi dulce Te hoſpitium intuor!
Ut vos amatæ viſo lætus vineæ
Bacchi feraces optimi!
Queis nec Falernus fertilis, nec Maſſicus
Palmam ſuperbus auferat ;
Quam te ſuavis aura nunc fruor lubens!
Gravi ſepulchro Romuli
Tandem relicto: quamque gaudens attraho
Purum medullitus Jovem!
Amæna Villa, Villula pulcherrima
Joſepho ab Avo condita.
Salve, tuo & DURINO vix Tibi
Nunc poſt tot annos reddito.
Gaudete ſylvæ voſque prata gemmea,
Edantque rivi murmura.
Gaudete Nymphæ, voſque Panes Jncolæ
Choros & una ducite.

O quid ſoluto pectore eſt beatius
Caram ac videre Patriam?

Ad

BEATISS: VIRGINEM

ASSUMPTAM.

REgina Cæli, gloria Virginum,
Regina ſacris edita Regibus
Aſcende cælum, jamque votis
Jncipe, ſeu precibus vocari.
J, ſumma cæli jam pete culmina
Anguſta ubi Te non capit hæc plaga,
Tuâque Majeſtate inhorret
Alma Parens, ſimul atque Virgo.
En jam videmus Te ſuper æthera,
Aurora qualis ſurgit ab æquore,
Pulchramque Sublimemque ferri, et
Tramite purpureo notare
Cælum, choræas & pede cælites
Magno frementes plaudere gaudio
Regina, Te circum atque cuncta
Mellifluo reſonare cantu.
Decora Virgo jam decus addita
Cælo, Supremus quam Pater excipit,
Et Natus amplexu cupito
Jn ſolio locat eminenti

Ah!

Ah! quæſo, Mater, porrige dexteram
DURINUM ab omni Turbine protege,
Ut imbre & Auſtris jam ſubactis
Deliciis cumuler Polorum.

De
SANCTISSIMA EUCHARISTIA
AD NOBILEM ERUDITAMQUE VIRGINEM
MARIAM DE ANGELIS
Jn Inclyto adorationis perpetuæ SS. SACRAMENTI Monaſterio Seminarii Nobilium Puellarum.

Moderatricem Sapientiſſimam

ODE I.

PAnis ab æthereo nobis delapſus Olympo,
Numina quem manibus
Compoſuere ſuis, Superiſque potentibus eſca,
Dulcior ambroſiâ,
Jnfantis nutrix animæ, dulciſque voluptas
Quæ ſine labe fluit.
Eſuriem paſcis, paſcendo accendis, Orexim
Gignis & exſatias
Qui plus manducat rurſus plus eſurit Jlle;
Nec minus ipſa fames

Quam

Quam cibus, eſt felix: ſi quis te vivus adedit
Vivificus cibus es,
Mortifer at cibus es, ſi quis Te mortuus ore
Sacrilego ore capit.
Libat apis flores & aranea turpis eoſdem;
Jſta venena bibit,
Jlla favos dulces, tectus ſub nube lateſcis
Sed tamen inde nites?
Cerneris haud oculis, ſed corda accendis amore;
Te magis Jlle videt,
Qui magis eſt cæcus; candenti ex orbe ſagittæ,
Spicula mille volant,
Quæ latebras animæ pervadunt; cordaque tectus
Plus ferit acer amor.
Jnteger es, quamvis fractus, damniſque reſurgis
Auctior ipſe tuis.
Non ideo minor es, quamvis Te mille fruantur;
Scilicet unus habet
Quod mille accipiunt; ſit quæ te dextera tractat
Sit nive candidior;
Quæ Te lingua capit ſit Sole nitentior ipſo,
Purior atque vitro.
Lilia virgineo non ſint ita candida flore,
Non ita lumen aquæ.
O! verum velans nubes puriſſima Solem,
Sed geminans radios
Jllius, aſpicio cum te mihi corda liqueſcunt,
Candida cera focis

Liqui-

Liquitur ut tactis; si quis committere tentet
Utque duas faculas
Una erit, extiterat quæ duplex flamma, vicissim
Sic capio, & capior,
Sumo ego, sumor ego, jam non ego vivo, sed imo
Pectore vivit amor;
Jn me tu Panis pro me dulcissime vivis;
Me, mea vita, animas
Jungamur sic usque oro, semperque ego sim Tu,
Tu quoque semper ego.

De Eâdem
SANCTISSIMA EUCHARISTIA
ODE II.

MIraculum ingens & Fidei arduum,
Divini amoris consilium cano,
Sed fracta vox hæret, stupensque
Ore fugit titubante sermo.
Quod muto adorant obsequio Angeli,
Cælique mentes attonitæ tremunt,
An possit arcanum profari
Vox hominis, luteumque labrum?
At carmen audax dum reprimo, acrior
Me impellit ardor. Jam superas potest
Facunda linguas erudire
Lingua hominis licet immerentis.

Non

Non Angelorum factus enim DEUS,
Eſt eſca: nobis ſe dedit in cibum;
Nos ergo quem mentes beatæ
Jnvideant, canimus favorem;
Nobis remotum, ſed ſimul obvium
PANIS benignâ ſub ſpecie latet
Daturque verbum: Nos ſupernæ
Prolis amat ſatiare vitâ.
Hic metam amoris vel DEUS invenit,
Hic vis amoris totum homini DEUM
Exhaurit, an Patri parari
Eſca magis pretioſa poſſet?
Divina virtus ſe quaſi jam ſtupet
Nil poſſe majus, nil ſapientius
Jnduſtria eniti, inſciaſque
Finis opes ibi ſine claudi.
Aſt unde dives tot meritis homo
Omnes capaci ut pectore colligat
Opes amoris, ſitque proni
Jpſe Dei pretiumque amorque.
O Digna JESU, digna benignitas
Stupore Cœli, dignus amor DEO!
Qui concitat ſe, blandiorque
Ipſo hominum ſcelere invaleſcit.
Grande ergo nobis nequitiæ fuit
Lucrum: Se JESUS & dedit Hoſtiam,
Culpæ, & revolve noſtræ iniquum
Noxæ onus in pretium ſalutis.

Vitæ

Vitæ & cruoris prodigus, his tamen
Nondum quiescit prodigiis amor.
Miscere se totum , intimisque
Cordibus insinuare fervet.
Idem Sacerdos, victimaque & DEUS
Et juge Sacrum , Panis imagine
Se vestit, humanoque nunquam
Deficiens manet esca amori,
Divina primæ nunc quasi cœperit
Servire culpæ gratia , nos alit
Cibo innocenter quo superbit
Esse DEUS prope factus Adam.
Quid Manna Hebræus jam Populus suum,
Fluensque Cœlum in delicias stupet ?
Nos dulcius nutrimur ; idem
Nempe DEUS pluit esca nobis;
Hic gratia omnis funditur & data
Reddit sibi ipsi gratia gratiam
Donumque dono muneramur,
Fitque sibi DEUS ipse merces.
Se nempe summo retribuit Patri
E corde nostro Filius, hinc DEUM
DEO reponit nostra egestas
Facta suis opulenta donis.
Tam liberalem convolet ad dapem
Cæcusque, inopsque & debilis : hic amor
Nos nutrit ad vitam, suique
Ipse cibi pretium profundit.

AFFECTUS ANIMÆ POST EUCHARISTICAM CÆNAM.

ODE III.

JESU ! liquefcit animus, ut nomen fonat
Tam dulce JESU, vita qui cordis mei
Et fpes perennis factus es vitæ mihi ,
Implesque cœli nefcium cœli hunc finum
Unde unde JESU tam fluit locuples amor
Inopis ut ipfe fit DEUS fervi cibus !
Quid hoc recondit improbum pectus tuo
Amore dignum ! Quid meo pretii latet
In corde, ut omne cor mihi apponas tuum,
Altumque terra poffit è cœlo DEUM
Inflectere fibi ! vermis, & cinis fumus
Luteumque fragmen, & quod atrocius adhuc
Noftrum magis putrefcit in vitiis lutum,
Suoque jam natura fub cæno gravis
Sordet gravius immanibus culpis, tui
Nefcia decoris quem fibi impreffum refert;
Dumque immerentes & tui vultus fumus
Ardes malignis totus illabi fibris,
Vitamque iniquis cordibus mifces tuam !
O dignitatis nefcius, tantum fua
Dignatione dives amor ! prodigæ
Induftria pietatis abfumens DEUM

Homi-

Homini. Quid ultra DEO jam ſupereſt DEI,
Quod largiatur! Exuit ſemel ſuæ
Divinitatis gloriam, noſtra tegens
Se imagine & domeſticam nobis agens
Vitam: ſed ipſa nunc quoque humani latens
Vultus figura tranſit in hominis cibum.
Neque hic quieſcit gratia, in noſtrum ſtudes
Migrare corpus, inſeri nobis amas.
Cœlum obſtupeſcit, livida Gehennæ ſpecus
In nos benignum ſic DEUM effundi fremit.
Aliena ſed quid perſequor? meus eſt mihi
Alte exprobrandus cordis ingrati furor.
Ah! blande JESU, facilis es quoties mihi
Cibus ſalutis: in meum quoties ſinum
Subire, quamvis læſus refugit DEUS?
Quas ego puſillus pulvis inſtauro vices
Amoris? Ipſa, quæ mihi inſidet, DEI
Jmago, quam deformis heu ſqualet meis
Confuſa culpis? Gratiæ acceptus calor
Heu quam relanguet aſpero obſtrictus gelu
Torpentis animi? Fervet hæc ſolum meæ
Inſana culpæ ambitio, ut impium velit
Sibi hunc honorem, & glorietur ſe quaſi
DEO obſtitiſſe. Numen at tuum precor,
Rumpe obſtinatum pectus, & victrix meum
Gratia revellat crimen: oſtendas DEUM
Mei triumpho ſceleris, oſtendas minus
Me poſſe vitio, quam piâ DEUM manu.

 Opus

Opus tuere quod Tibi tanti ſtetit
Dilecte JESU, blande, Te amplector ſinu
Te colligo imo pectore, es totus meus :
Nec Te meus dimittet ex ulnis amor
Indignus utcumque, niſi me tecum trahas.

FINIS.



ERRATA				CORRIGE
Pag: XV.	vers.	61.	utque - - - - -	ut quæ
XXXII.	vers.	3.	renovat - - -	renovas
pag: 4.	vers.	5.	quam - - - -	quæ
pag: 32.	vers.	2.	olympicolis - - - -	olympiacis lis
pag: 38.	vers.	7.	Ingemnit - - - -	Ingemit
pag: 46.	vers.	2.	Poloniacæ Domus .	Poloniaci Soli
pag: 102.	vers.	600.	menebit - - - -	manebit
pag: 120.	vers.	27.	aer - - - - - - -	aere
pag: 149.	vers.	6.	glora - - - - -	gloria
pag: 164.	vers.	6.	Tyrorem - - - -	Tyronem
pag: 164.	vers.	20.	ſibi - - - - - - -	tibi
pag: 171.	- - -	- - -	- - - - - - -	*deſunt duo verſus*
pag: 172.	vers.	2.	pulpum. - - - -	palpum
pag: 175.	vers.	20.	adque - - - - -	atque
pag: 176.	vers.	26.	aut - - - - - -	haud
pag: 185.	vers.	6.	ulci - - - - -	dulci
pag: 209.	vers.	13.	ſeu - - - - - -	ſive
pag: 271.	vers.	9.	bonorum - - - -	laborum
pag: 271.	vers.	24.	valido ratie - - -	valide ratio
pag: 299.	vers.	18.	obiit - - - - -	obit
pag: 302.	vers.	13.	munera - - - -	munere
pag: 305.	vers.	25.	munera - - - -	munere
pag: 336.	vers.	11.	glomerantur - - -	glomerentur
pag: 385.	vers.	11.	Centaros - - - -	Centauros
pag: 405.	vers.	12.	norman - - - :	normam
pag: 421.	vers.	17.	Impia - - - - -	Impie
pag: 450.	vers.	14.	margaritas - - -	Margaridas
pag: 484.	vers.	10.	res - - - - - - -	mens
pag: 484.	vers.	17.	*deeſt*	pulchræ
pag: 519.	vers.	22.	Et læto - - - -	optato
pag: 531.	vers.	24.	& magnam - - -	magnam &
pag: 538.	vers.	16.	nuntrix - - - -	nutrix

ERRATA				CORRIGE
pag: 7.	vers.	2.	Temperes - - -	Temperas
pag: 23.	vers.	1.	ingenioque - - -	ingenio quæ

Reliqua prudentiæ Lectoris committimus.

CONCLUSIO CARMINUM
S C A Z O N

MANES beati , tuqué Mens AMELIÆ
Cælo recepta , quæ negata jam terris ,
Mundiqué fœdis expedita cancellis
Tumultuantem cernis orbis Orcheſtram.
Hos sume versus , conſciasqué virtutum
Voces tuarum , noſtra quas Tibi Musa
Jnerudito triſtis ingemit leſsû.
Plorant dolores cæteri , ſtupet præsens.
Cyrrhamqué claudens , pallidamqué Pyrenen
Haurire ſacri fontis impedit Lympham :
Quin ipſa frontes irrigans Pòetarum
Libethra rarâ labitur dolens gutta.

F I N I S.

